

Olexa Horbatsch (Hrsg.)

Epitome praceptorum rheticorum

Die lateinische Schulrhetorik
des Basilianerordens aus d. J. 1764

Verlag Otto Sagner München · Berlin · Washington D.C.

Digitalisiert im Rahmen der Kooperation mit dem DFG-Projekt „Digi20“
der Bayerischen Staatsbibliothek, München. OCR-Bearbeitung und Erstellung des
eBooks durch den Verlag Otto Sagner:

<http://verlag.kubon-sagner.de>

© bei Verlag Otto Sagner. Eine Verwertung oder Weitergabe der Texte und
Abbildungen, insbesondere durch Vervielfältigung, ist ohne vorherige schriftliche
Genehmigung des Verlages unzulässig.

«Verlag Otto Sagner» ist ein Imprint der Kubon & Sagner GmbH.

SPECIMINA PHILOLOGIAE SLAVICAE

Herausgegeben von
Olexa Horbatsch, Gerd Freidhof und Peter Kosta

Band 93

EPITOME PRAECEPTORUM RHETORICORUM

Počajiv 1764

Die lateinische Schulrhetorik des
Basilianerordens aus d.J.1764

Herausgegeben und eingeleitet von O.Horbatsch

Verlag Otto Sagner · München
1992



ISBN 3-87690-475-7

Copyright by Verlag Otto Sagner, München 1992
Abteilung der Firma Kubon & Sagner, München
Druck: Druckerei E.Mauersberger, Inh.M.Diebel
3550 Marburg/Lahn, Schwanallee 31

Die Počajiver Schulrhetorik aus den JJ. 1764 und 1771

Nur um jeweils ein Exemplar sind die beiden Počajiver Ausgaben (1764 und 1771) der lateinischen Schulrhetorik *Epitome praeceptorum rhetoriconum* erhalten geblieben (das aus dem Jahr 1764 und 1771 der Ossolineum-Bibliothek in Lemberg, heute in Wrocław, sowie die Ausgabe aus dem Jahre 1771 der Warschauer UB). Die Unterschiede zwischen den beiden Ausgaben beschränken sich auf die Ausbesserung der orthographischen Fehler und zuweilen auf eine Kürzung der zitierten Beispiele (deren Teile an einer anderen Stelle auftreten können).

Das anonyme Lehrbuch war für die Schulen des unierten Basilianerordens bestimmt, der in den ukrainischen Landen der polnischen Adelsrepublik gegen Ende des 18. Jhs. Schulen in Bučač, Volodymyr Volynskyj, Hijiče, Kamjaneć Podilskyj, Lubart, Lviv, Terebovlja, Uman unterhielt¹.

Das nach dem Vorbild der Jesuitenkollegien, oder auch der Kiever Akademie zusammengesetzte Unterrichtsprogramm sah in den oberen Klassen der Mittelstufe einen zweijährigen Rhetorikkursus vor.

Das in der Katechismusform von Fragen und Antworten verfaßte Epitome-Lehrbuch war deutlich auf die Ausbildung eines weltlichen Redners, etwa für den Bedarf der adeligen Gesellschaft ausgerichtet: der parlamentarisch-gerichtliche und panegyrische Verwendungsbereich der Redekunst nimmt hier einen wichtigen Platz ein. Jedes behandelte Thema wird mit Beispielen aus Cicero illustriert. Auch Ciceros theoretische Ansichten (seltener die von Quintilian und Aristoteles) werden hier angeführt.

Die Betonung der Selbstbeherrschung während des Vortrags, der Ausgewogenheit der Mittel und eines guten Stils beim Redebau weisen auf die postbarocke, frühaufklärerische Zeit hin.

Die Epitome besteht aus einer Einleitung (*prooemium*) und fünf Büchern. Die Einleitung enthält die Definition und die Aufgaben der Rhetorikkunst (*docere, movere, delectare*) und somit hebt den Unterschied von Grammatik, Historie, Dialektik/Logik hervor. Geschätzt werde die Rhetorik vor allem von freien Nationen aufgrund des Genusses von schmückenden Sprüchen, Anbietens von guten Ratschlägen, Hervorhebens von Tugenden und der Verurteilung von Lastern, zumal ein Redner mit seiner Rede viele umstimmen könne.

Die Rhetorik hat drei Anwendungsgebiete: das gerichtliche (*genus judiciale*), das beratende (*genus deliberativum*) und das anzeigenende (*genus demonstrativum*). Ihr Stoff zeigt Probleme auf (*quaestio proposita*); zu ihren Mitteln gehören geistige Eigenschaften (die durch Übung, Lektüre und Nachahmung guter Autoren vervollkommen werden können) und körperliche Haltung sowie Gesten.

Die Teile der Rhetorik sind: 1) die Findung der Sachverhalte und Argumente (*inventio*), 2) ihre Einordnung (*dispositio*), 3) ihr gelungener Ausdruck (*elocutio*) durch

Worte und Sätze, 4) die feste Gedächtniseinprägung der Sachverhalte und Worte, 5) ihr Vortrag (*pronuntiatio*) betreffs Körperhaltung, Gesten, Stimme und Worte.

Dem Problem der Findung von sicheren, wahrscheinlichen und zweifelhaften Argumenten (*inventio*) für den Beweis und die Prüfung der Sachverhalte, ihrer Elemente (*Topik - loci, Definitionen, Sachverhalte u.ä.*) sowie der Gemütsbewegungen (*motus animi*), wie sie hervorzurufen seien und für die eigene Sache eingesetzt werden können,- ist das erste *Epitome*-Buch gewidmet (S.9-79).

Mit dem Aufbau einer Rede (*dispositio*), ihrer Teile (*exordium, narratio, propositio, confutatio, peroratio, amplificatio*) und der Anwendung von dialektisch-logischen Mitteln (*syllogismi, enthymemata, exempla, sorites*) befaßt sich das zweite *Epitome*-Buch (S.79-134).

Den Ausdruck (*elocutio* - mit 12 Tropen und 47 Figuren), den lateinischen Satzbau (*periodi, cola, particulae "Konjunktionen"*) und seine Rhytmik (*cavendum semper, ne versus efficiatur*) erörtert das dritte *Epitome*-Buch (S.135-180). Natürlich stimmen viele stilistische und syntaktische Termini nicht mit unseren heutigen Begriffen überein. Es wäre eine Untersuchung wert, einen Vergleich zwischen ihnen und den heutigen Termini durchzuführen und ihre Entstehung aufzudecken.

Das vierte *Epitome*-Buch (S.181-244) behandelt die Thematik und Motivik der panegyrischen und beratenden sowie gerichtlichen Redeart: Es sind die wichtigsten Anwendungsbereiche in der polnischen Adelsrepublik und werden dementsprechend den Schülern eingeprägt. Somit bringt das Buch eine Art »Gesellschaftslehre« über Tugenden und Laster der einzelnen sozialen Gruppen jener Zeit. Als Anlässe für Prunk-(Lob-)Reden werden erwähnt: *nativitas infantis, adventus ad urbem principis, victoria celebranda, funebris oratio*. Im Abschnitt über die beratende Redeart (*genus deliberativum*) werden ganze soziale und Altersgruppen bezüglich ihrer Charaktereigenschaften beschrieben und Staatsformen wie Monarchie, Aristokratie, Demokratie nach dem französisch-englischen Rechtsgelehrten Jean Barclay (1582, bzw.1585-1621) angeführt, dessen Buch *Icon animorum* (London 1603) ins Polnische übersetzt und mehrmals in lateinischer Originalsprache abgedruckt worden war 1.

Ein Redner habe nicht nur Gutes und Tugendhaftes anzupreisen und Schlechtes zu tadeln, sondern auch *res contingentia et in nostra potestate positas, ad nos pertinentes* anzuraten (S. 213). Es wäre lächerlich, wenn die Polen in ihren Ratsversammlungen erörtern würden, nach welchem System (*qua ratione*) die Tataren (*Scythae*) ihren Staat zu regieren hätten (S.213).

Eine deutliche Abkehr von der barocken Mode bietet das fünfte *Epitome*-Buch (S.241-49) über die Mnemotechnik (*memoria*) und den Redevortrag (*pronuntiatio*). Das einsame Lernen zur Morgenstunde, lautes Ablesen , Niederschreiben schärfe das Gedächtnis. Beim Redevortrag wird auf die ruhige

Körperhaltung, beherrschte Gestik, ausgewogene Stimmodulation sowie die übliche Symbolik der Handbewegungen (entsprechend der Affektlehre) hingewiesen.

Diese Angaben sind hilfreich bei der Deutung der Figurengestik in der damaligen bildenden Kunst sowie im damaligen Theater.


Der Nachdruck der Epitome wird dem zukünftigen Erforscher der Rhetorikgeschichte in der Ukraine und in ihren Nachbarländern dienlich sein.

Die Beschreibung der Handschriftenbestände in Kiever Bibliotheken von Nikolaj I. Petrov² registriert rund 113 handschriftliche Rhetoriktexte, bzw. -teile, von denen bislang nur zwei Rhetoriklehrbücher von F. Prokopyč aus dem Jahre 1706 von Renate Lachmann³ ediert worden sind.

Die von mir veröffentlichte handschriftliche Karlowitzer Rhetorik aus den Jahren 1736-37 der Wiener Österreichischen Nationalbibliothek⁴ stellt einen Ableger analoger Kiever Handschriften dar. Mit ihr weist die Epitome lediglich in der Tropen- und Figurenlehre sowie in der Topik eine gewisse Ähnlichkeit auf.

Anmerkungen

- 1 Barclay, Johannes (*1582 bzw. 1585-1621), *Satyricon Euphorionis Lusinini Citer s. Icon animorum*, London 1603. In: *Allgemeines Gelehrten-Lexicon*, I. Teil (A-C), Leipzig 1750, NDr. Hildesheim 1960, Sp. 789-90; Estreicher, Karol: *Bibliografia polska*, t. XII, stólecie XV-XVIII w układzie alfabetycznym, Kraków 1891, S. 368-70.
- 2 Петров, Николай Иванович: *Описание рукописных сокращений, находящихся в городе Киеве*, в. I-III, Москва 1891, 1896, 1904.
- 3 Prokopovič, Feofan: *De arte rhetorica libri X*, Kioviae 1706, hrsg. von Renate Lachmann. *Slavistische Forschungen*, Bd. 27/II: *Rhetorica Slavica*, Bd. II, Böhlau Verlag Köln Wien 1982. - Die Kiever Übersetzer der Rhetorik von F. Prokopyč (Прокопович, Ф.: Філософські твори, т. I.: *Про риторичне мистецтво. Різni сен-теннii*, Київ 1979) haben noch eine andere Handschrift (ДА/II 148) als Grundlage gewählt und das 9. Buch (*De eloquentia divina*) weggelassen.
- 4 Horbatsch, Olexa: Die handschriftliche Karlowitzer Rhetorik aus den Jahren 1736-37. In: *Festschrift für W. Lettenbauer*, Freiburg/Br. 1982, S. 39-47; Карловецькі рукописні Praecepta artis oratoriae з 1736-37 рр. Біденської Національної Бібліотеки. In: *Богословія*, Bd. 44, S. 73-130, Rom 1980. - Vgl. noch: Die lateinische Počajiver Schulrhetorik "Epitome praeceptorum rhetoriorum" aus d. JJ. 1764 u. 1771. In: *Fs. f. Hans Rothe(i. Dr.)*.



E P I T O M E

P R A E C E P T O R U M

R H E T O R I C O R U M

Selectissimis exemplis

D I S T I N C T O R U M

in

Gratiam & commodiorem usum

Juventutis Scholarum

Ordinis S. B. M.

F A C T A

Atq;

Cum Licentia Suorum Superiorum

Typis .

M A N D A T A

Poczajoviae Annô Domini 1764.

Quid est, aut tam admirabile, quām
ex infinita multitudine existere unum,
qui id, quod omnibus naturā sit datum,
vel solus cum paucis facere possit?
aut tam jucundum cognitus. atq;
auditus, quām sapientibūs sententiis,
gravibusq; verbis ornata oratio, quod
perpolita? aut tam potens, tamq;
magnificum, quām populi motus, ju-
dicum religiones, Senatus gravitas-
rem unius oratione convertit.

Cicero Lib: I. de Oratore,

RHETORICÆ PROœMIUM

Caput I.

I. *Quod est nomen Rhetorica?*

Rhetorica, a verbo Græco, *Reo*, quod est: *dico, loquor*, appellatur

2. *Quotuplex est Rhesorica?*

Duplex, alia *Naturalis*, quæ est: Vis seu facultas dicendi à natura insita. Alia *Artificialis*, id est: certis regulis & præceptionibus constans. Et de hac potissimum hic quæritur.

Quid est Rhetorica?

Est Ars, seu doctrina. & scientia bene dicendi; id est: *Ornatè, graviter, & copiosè*. *Graviter* hoc est: cum magno argumentorum pondere. *Ornatè, & Copiosè*, id est: per figuræ sententiæ & verborum.

4. *Quo differt ab aliis scientiis?*
Differt a Grammatica, quia hæc docet

00050317
Rhetoricæ
solum emendatè loqui . Ab Historia ,
quæ simpliciter narrat . A Dialectica , seu
Logica , quia hæc præcisè , interruptè ,
& nudè tantum disputat .

5. *Quod est Officium Rhetorica ?*
Officium Rhetoricæ est : Dicere appositè
ad persuadendum ; Docendo argumentis ,
& argumentatione ; Movendo amplifi-
catione , & affectis ; Deleßando cultō ,
suavi , & apto dicendi genere .

6. *Quis est Finis Rhetorica ?*
Finis Rhetoricæ est : fidem facere , sive
persuadere dictione .

C A P U T II.

De Rheticæ præstantia , seu
dignitate , jucunditate , utilitate ,
vi , admirabilitate .

1. *Dignitas Rheticæ .*

Quia habita est semper , & habetur in
honore & pretio , præsertim a liberis
populis .

2. *Jucunditas Ob sapientes senten-
tias*

¶ Proæmium ¶ 2
 tias , & gravia verba , quibus ornatur
 eratio .

3. *Utilitas*; Dat enim consilium , po-
 pulum incitat , & moderatur , ad salutem
 revocat , ad virtutem cohortatur , a
 vitiis absterret , malos vituperat , bo-
 nos laudat , mærentes consolatur , &c.

4. *Vis*; Nam animos multorum ho-
 minum unius oratione convertit .

5. *Admirabilitas*; Quod res eti am
 humiles splendore verborum illustrat .

C A P U T III. Materia Rheticæ .

1. *Ars generativ quid est?*
 Est facultas dans certas rationes , &
 præcepta faciendi aliquid , quæ habent
 ordinem & quasdam errare in faciendo
 non patientes vias . *Materia artis*
generativ Est ea res , circa quam ars
 versatur ; ut Medicinæ v. g. materia
 sunt morbi , & vulnera .

2. *Rheticæ materia quæ est?*
 Est quævis *Quæstio* ad dicendum pro-
 posita -

ꝝ Rhetorice ꝝ

posita . ut : An Rhetorica sit ars ? Et : An Milo sit puniendus ?

3. *Quotuplex est Quæstio ?*
 Duplex : alia *Infinita*, quæ *Tbesis* græcè . latinè *Propositum* dicitur : Cum aliquid generatim quæritur . Ut : An inferendum sit bellum ? Alia *Finita* , quæ Græcè *Apodosis* , latinè *Causa* , & *Controversia* nominatur : cùm aliquid speciatim quæritur . ut ; Inferendum ne sit bellum *Partibus* ? an *Thracibus* ? hoc tempore ? an alio ? mari , an terrâ ?

4. *Quæsionum genera quot ?*
 Duo , alia *Quæstio Cognitionis* ; Cujus finis est solum scire , ut : An sol sit major terrâ ? Alia *Actionis* , Cujus finis est aliquid efficere .

5. *Causarum genera quot ?*
 Tria ; I. *Iudiciale* ; cujus partes sunt *Accusatio* , & *Defensio* . *Finis* , punitio , & impunitas ; *Motus* : sævitia , & clementia. II. *Deliberativum* , Cujus *Partes* sunt : *Svasio* , & *Dissvasio* ; *Finis* : utilitas percipienda , & detrimentum vitandum ; *Motus* : *Spes* , &

¶ Proæmium ¶
 timor . III . Demonstrativum , sive
Exornativum . Cujus Partes : laus
 sunt , & vituperatio ; Finis : honestas
 amplectenda , & turpitudo fugienda ,
Motus : Delectatio , & indignatio .

C A P U T IV. Subsidia Rheticæ .

1. *Subsidia Rheticæ quoꝝ sunt ?*
Quatuor: Imum *Natura* . Quæ affert,
 ex parte *Animi*: Ingenium, Iudicium ,
 Memoriam; ad inveniendum, disponen-
 dum, eloquendum . Ex parte *Corporis*:
 formam , firma latera , valetudinem .
 gestum. **edum.** *Ars* : quæ dat præcepta
 certa , usu , & animadversione com-
 probata. **3tium.** *Exercitatio*: Ea auget,
 & conservat illa , quæ sunt à natura ,
 & arte . **Complebitur** verò: Lectionem
 multorum Scriptorum , unius autem
 probatoris pro stylo ; complebitur
 etiam Meditationem , scriptionesq;
 frequentem , ac emendationem ; idq;
 adiijciendo , mutando , detrahendo .

A 3 quium

Rhetorica

q̄dum . Imitatio . Quæ confert , ut op̄timo cuiq; Au&tori similes in dicendo evadamus ; quod fiet , si diligenter eorum opera perlegamus , animadvertamusq; ea , quæ in iisdem sunt optima ; id est : Verba , & res , inventionem , dispositionem , & elocutionem .

C A P U T V.

Rhetoricæ partes .

Quænam , & quoq; ?

1. *Inventio*: Quæ est excogitatio rerum verarum , aut verosimilium ad faciendam fidem .
2. *Distributio* . Quæ est rerum inventarum in ordinem distributio .
3. *Elocutio* : Quæ est idonea verborum & sententiarum ad res inventas accommodatio .
4. *Memoria*: Quæ est: rerum & verborum firma perceptio .
5. *Pronuntiatio*, Quæ est: moderatio corporis & vocis , prout res inventa , & verba requirunt .

EPITOME RHETORICES LIBRI PRIMI. PARS I.

De Inventione argumentorum.

CAPUT I.

De Inventione generatim.

1. *Partes Inventionis quæ sunt?*
Ex cogitare argumenta, de quibus mox dicemus; & excogitare etiam animi motus; de quibus in 2da hujus libri parte.

2. *Quid est Argumentum?*
Est: Inventum ad faciendam fidem; sive: est ratio ad persuadendum, & probandum aliquid. Ut, si velis probare: *voluptatem esse malam*, invenies rationem: quia est honestati, moribusq; bonis contraria.

3. *Dividuntur argumenta:*
Porro argumenta alia sunt *Certa*; idq; vel quæ sensibus percipiuntur; ut Diem

¶ De invent: argum: ¶
 esse , quia *Ortus est sol* . Vel quæ *Com-*
muni opinione sunt comprobanda . Ut :
Laudandum esse Duxem , quia strenuò
pugnavit . Vel quæ *in mores recepta* :
 ut : *Resalutandum esse Petrum* , quia
prior salutavit . Vel , *quibus non con-*
tradicit adversarius . ut : *Clodium*
interfatum esse à Milone, quia *ipse Milo*
confessus est . Vel , quæ *Legibus causa*
sunt, ut : *Iejunandum esse*; quia *hoc*
Ecclesiasticis Legibus præscriptum est.

4. Alia Probabilia . idq; vel firmis-
 sima , seu quæ fere semper accidunt ;
 ut : *Petrum a Ioanne diligi*, quia *Ioan-*
nis socius est . Vel , quæ rationabiliter
enuntiari possunt . ut: *Avari multis in-*
digent ; quia *multa cupiunt* . Vel ,
non repugnantia , seu quæ simplicem
aliquam habent speciem veritatis : ut :
Furtum a Petro esse factum , quia *domi*
fuit . Et *deinde egressus est* .

5. Alia Dubia . quæ ambiguum faciunt
 fidem : ut : *Paulum aleæ esse deditum* ;
quia dives est .

6. *Sedes argumentorum*, seu *rati-*
num quæ ? Loci

¶ De Definitione ¶

5

Loci Oratorii ; qui alii sunt *Intrinseci* sive insiti , atq; infixi ipsis rebus; Alii *Extrinseci*, seu remoti, & sine arte , quia ea non parit ars oratoris, quamvis artificiosè tractentur .

7. *Loci Intrinseci* quot sunt ? Sexdecem, quorum primi dicuntur *infixi rebus ipsis ex toto* . Et tales sunt : **Definitio** , **Enumeratio** partium , & **Notatio**. Alii *affecti ad totum*, nimirum: **Conjugata**, **Genus**, **Forma**, **Similitudo**, **Dissimilitudo** , **Contraria** , **Adjuncta** , **Antecedentia**, **Consequentia**, **Repugnancia** , **Causæ** , **Effeta** , & **Comparatio** .

8. *Loci Extrinseci* quot sunt ? Sunt sex , **Præjudicia** ; **Fama** , **Tormenta**, **Tabulæ**, **Iusjurandum**, **Testes** .

C A P U T II.

De Definitione .

1. *Definitio quid est* ?

Definitio est **oratio** , quâ explicatur , quid sit res . Partes Definitionis sunt duas, aliquid **Commune rei definitæ** cum

A s

aliis

¶ De Definitione ¶

aliis rebus , quod dicitur : *Genus* ; Et aliquid *Proprium* , ac peculiare ipsius rei , quæ definitur , quod dicitur : *Differentia* . ex: gr: Iurisprudentia est, Cognitio æquitatis . *Cognitio* : est quid commune , *Æquitas* : est quid proprium Iurisprudentiae .

2. *Dividitur definitio :*

Definitio alia est: Essentialis ; Fitq; vel per genus & differentiam ; ut Homo est animal rationis particeps . Vel per materiam & formam ; ut : Homo est quid compositum ex corpore & anima simul rationali. Alia non essentialis , quæ potius appellanda est *Descriptio* .

3. *Descriptio* sit vel *per causas* , ut homo animal est à Deo conditum ex mortali corpore ratione præditum , fatus ad beatam immortalitatem . Vel *per Effecta* . ut : Sol efficit diem , tempora moderatur . Vel *per proprietates* , *& accidentias* ; ut: Canis est animal , cuius fida custodia est , & alacritas in venando . Vel *per Negationem & affirmationem* ut : Consul non est , qui cives ac Remp:

De Enumeratione

4. *Argumentum à Definitione:*
Si majestas est amplitudo , ac dignitas
civitatis; is eam minuit , qui exercitum
hostibus populi Romani tradidit .

5. *Definitionis exemplum:*
Historia est testis temporum , lux veritatis , vita memoriz , magistra viæ , duntia vetustatis . Cic : lib: 2. de Orat:
Item. An tu populū R. illum esse putas , qui constat ex iis , qui mercede conducuntur , qui impelluntur , ut vim afferant Magistratibus , ut obsideant Senatum , optent quotidie cædem , incendia , rapi-
nas? ille ille populus est dominus Regum , vicitor atq; imperator omniū gentium .

C A P U T III.

De Enumeratione partium .

I. *Enumeratio partium quid est?*
Est Oratio, quâ totum aliquod in suae
partes distribuitur.

2. Porro partes totius sunt variae:
A 6 Alice

¶ Libri I. Pars I. ¶

Aliæ vocantur *Subjectiva*; sic virtus distribuitur in Iustitiam, Temperantiam, Fortitudinem, Prudentiam; quia **haec** omnes virtuti, tanquam generi, subiectiuntur. **Aliæ Integrantes**: ut sunt corporis partes; v. g. manus, caput, pedes, &c: quia ex his integrum sit **corpus**. **Aliæ Essentialis**; sic animalis partes sunt **corpus** & anima, quia sine his nullo modo esse potest.

3. *Enumerationis leges qua sunt?*
Ima. Ut affirmatis omnibus partib⁹, affirmetur totum; ut: *Præditus est pietate, Iustitia, temperantia, ergo virtute.*
Altera, ut negatis omnibus partib⁹ negetur totum; ut: *Non est prædictus iustitia, temperantia, ergo non est prædictus virtute.*

4. *Argumentum.* Aut senatui parendum de salute Reip: fuit, aut aliud consilium instituendum, aut sua sponte faciendum. Aliud consilium suum superbum fuit & arrogans; utendum igitur fuit consilio Senatus.

5. *Exempla.* Sed quoniam P. C. gloriae

¶ De Notat: & Conjug: ¶ ¶ ¶
 gloriæ munis optimis & fortissimis ci-
 vibus monumenti honore persolvitur :
 consolemur eorū proximos: quib⁹ optima
 est hæc quidem consolatio: parentibus,
 quod tanta Reip: præsidia genuerunt: li-
 beris, quod habebunt domestica exempla
 virtutis: conjugibus, quod his viris care-
 bunt , quos laudare , quam lugere præ-
 stabit : fratribus , quod in se , ut cor-
 porum , sic virtutum similitudinem esse
 confident . Philip . XIV . Probat Cic :
 ab enumeratione consolationem esse om-
 nium proximorum . Et Pbstip : IV .
 ex hoc loco Oratorio evincit Antonium
 non esse verè Consulem : Negat hoc
 Brutus Imperator , consul designatus ,
 negat Gallia , negat cuncta Italia ,
 negat Senatus , negatis vos ; quis igitur
 illum consulem , nisi latrones , putant

C A P U T IV.

De Notatione , & Conjugatis .

i. *Notatio quid est ?*
 Est locus , qui verborum originem , &
 signifi-

B Libri i. Pars i. B
significationem inquirit , idq; vel ad laudem , vel ad vituperationem ; ut :
Consul à consulendo dicitur . Verrem à verrendo derivavit Cicero .

2. Argumentum : Si consul est , quid Patriæ consuluit , quid aliud fuit Optimus , qui tanta fide Magistratum gesit .

3. Exempla . Quid Legio Martia , quæ mihi videtur ab eo Deo traxisse nomen , à quo populum R: generatum accepimus . Et in Verr : VI . Quod unquam , judices , ejusmodi evericulum ulla in provincia fuit ? Sic ludit Cic: in ipso Verris nomine . qui provinciam Siculam expilaverat .

4. Conjugata quid sunt ?
 Sunt ea , quæ ab uno orta vocabulo variè conjugantur , seu commutantur . ut : Pius , pietas , piè . Sapiens , sapientia , Sapienter .

5. Argumentum : Si pietati laus tribuenda est , moveri debetis , cum P. Metellum tam piè lugere videatis .

6. Exempla . Casteros quidem omnes .

De gen: & For: 8

omnes victores bellorum civilium, jam
antea æquitate & misericordia viceras,
hodierno vero die te ipsum vicisti .
Nam cum ipsius victoriæ conditione
jure omnes viæ occidimus , clementiæ
tuæ judicio conservati sumus . Reæ
igitur unus invictus es , quo ipsius
etiam victoriæ conditio , visq; devi-
cta est . Cic: pro Marcelllo .

C A P U T V.

De Genere , & Forma .

1. *Genus quid est ?*

Genus apud Rhetores dicitur illud, quod
est commune multis, & quod multa sub
se complebitur . Ut *virtus* comple-
bitur sub se *justitiam* , *temperan-*
tiam , *fortitudinem* , *prudentiam* &c .
Magistratus : *ædilitatem* , *tribunatum*,
consulatum , *præturam* . &c :

2. *Argumentum a genere :*

Temperantia est *virtus* , ergo est aman-
da . Item : Si *magistratus* in *populi*
Rom: potestate esse debet , quid *Nor-*
banum accusas , cuius *tribunatus* paruit
voluntati

Libri i. Pars i. ¶
voluntati civitatis ?

3. *Quomodo tractatur hic locus à Rhetoribus ?* Tractatur potissimum , cum a Specie fit transitus ad genus, seu ut vulgo loquuntur : cum *hypothesis* revocatur ad *Thesim* . Hujuscē loci luculentum patet exemplum in oratione pro *Archia Poëta* , ubi Cicero cūm laudandum Archiam magistrum suscepisset (*quod est hypothesis , seu species*) rem ad thesim revocavit , hoc est , pōēsim & studia humanitatis genericè & universè laudavit .

4. *Exemplum . Laus Archia Poëta
a genere .*

Si igitur Sanctum apud vos humanissimos homines hoc Poëtæ nomen , quod nulla unquam barbaries violavit , saxa , & solitudines voci respondent: bestiæ sæpè immanes cantu flectuntur , atq; considunt , nos instituti rebus optimis non Poëtarum voce moveamur ? &c .

5. *Forma seu species quid est ?*
Est pars subiecta generi ; seu res particularis , quæ sub universalī continetur ,

ut

Simil: & Dissimil: ,
ut: prudentia, justitia, temperantia, &c.
sunt formæ subjectæ huic generi: virtus.

6. *Argumentum* . *Est justus ,*
igitur virtute est præditus .

7. *Exemplum a forma : Nego in*
Sicilia tota , tam loc uplete , tam vetere
provincia , tot oppidi s , tot familiis tam
copiosis ullum argenteum vas , ullam
gemma m , nego ullam picturam fuisse ,
quin conque sicerit , inspexerit , quod pla-
citum est , abstulerit . &c: Furtu vasorū ,
picturarum , sunt veluti formæ seu
species , & partes hujus generis: Furtū .
& per eas probat Cicero , Verrem furem
esse . VI. in Ver .

C A P U T VI De Similitudine, & Dissimilitudine.

1. *Similitudo quid est ?*
Est collatio duarum , vel pluriam rerum
in qualitate , quamvis eæ sint inter se
disparēs ; ut , si conferatur homo iratus
cum leone . *Differt a comparatione*
(de qua infra) *quia Comparatio sit in*
quantitate , hoc est in majoritate , vel
minori-

Libri i. Pars i.

minoritate :

2. *Argumentum*. Si feræ partus suos diligunt, quâ nos in liberos nostros indulgentiâ esse debemus?

3. *Exemplum*. Repentè enim te, tanquam serpens è latibulis, oculis emicantibus, inflato collô, tumidis cervicibus intulisti. *In Vat*: *Et post Red: ad Quir*: Tanquam bona valetudo jucundior est iis, qui ex gravi morbo recreati sunt, quam qui nunquam ægro corpore fuerunt, sic ea omnia desiderata magis, quam percepta delectant.

4. *Dissimilitudo quid est?*
Est oratio, quæ ex re dissimili dissimile colligit; sive differentia in qualitate.

5. *Argumentum*: Si barbarorum est in diem vivere, nostra consilia sempiternum tempus spectare debent.

6. *Exemplum*: Artes reliquæ ab eloquentia differunt, quod hæc non habet definitam aliquam regionem, cuius terminis septa teneatur, cæteræ verò artes suis se certis quibusdam terminis continent.

Cic: lib: 2. de Orat:

Simil: Dissimil:

10

7. *Notandum.* Similitudinem, & dissimilitudinem s^epe sumi etiam ex aliorum factis, aut dictis, aut eventis, aut ex fidis narrationibus.

8. *Ex factis:* Quemadmodum Fabritius honor em magis secutus est, quam opes, sic nos quoq^u nomen opibus anteferre debemus.

9. *Ex dictis:* Ennio licuit vetera contemnenti, dicere versibus, quos olim Fauni, Vatesq^u canebant, mihi cur de antiquis eodem modo dicere non licebit?

10. *Ex eventis:* Sicut deliciæ Campaniæ fr̄egerunt Annibalem, ita mollis hæc vita vestra vires animi, corporisq^u franget.

11. *Ex fidis narrationibus:* Itaq^u hoc, iudices, non sine causa fidis fabulis doctissimi homines memoriaz proddiderunt, cum Corestem, qui patris (*Agamemnonis*) ulciscendi causâ matrem necavisset, variatis hominum sententiis non solum divina, sed etiam Deæ (*Minnerva*) sapientissimæ sententiâ liberatum.

Pro Mil;

CAPUT

¶ Libri 1. Pars 1. ¶

C A P U T VII.

De Contrariis & Repugnantibus .

1. *Contraria , seu opposita quid sunt ?*
 Sunt ea , quæ in eodem subje^ctō esse non
 possunt ; vel si fuerint in eodem , nece-
 sario inter se pugnant .

2. *Contrariorum genera quæ ?*
 R_y : Primo *Adversa* Illaq_s sunt , quæ
 sub eodem genere posita plurimum diffe-
 runt. Ut: bellum & pax ; virtus & vitiū

Argumentum ex adversis : Si bellum
 perniciosum , pax utilis est . Si vitium
 fugiendum , virtus est amplectenda .
Exemplum : Ex hac parte pudor pu-
 gnat , illinc petulantia , hinc fides ,
 illinc fraudatio , binc pietas , illinc
 scelus , hinc constantia , illinc furor ,
 hinc honestas , illinc turpitudo . *in*
Cat: 2. Hoc est , dixit : Virtus est defen-
 denda , ergo vitiū in Catilina puniendum

3. R_y. Secundo : *Privantia* . Hoc no-
 mine intelligitur , habitus , & privatio ,
 ut : *robur & debilitas , lux , tenebra* .

¶ Contr: & Repug: ¶

ii

Argumentum ex his : Si bonum est integritas corporis , malum est ejusdem infirmitas .

Exemplum : Ejus igitur mortis sedetis ultores , cujus vitam , si putetis per vos restitui posse , nolitis . *pro Milo :* Hoc est: dicit : Vultis Clodij mortem , ergo non potestis velle ejus vitam .

4. Ry. Tertio: *Relata .* Baq̄ sunt , quorum unum ad aliud refertur , ut *Dun & Miles.*

Argumentum : Si dux adit pericula , miles etiam adire debet .

Exemplum . Non modo in gloria rei militaris Paulum Scipio , aut Maximū filius , sed etiam in devotione vite , & in ipso genere mortis imitatus est Publum Nætium filius . *pro Rob:* Hoc est: Gloria militari præstiterunt parentes , ergo etiam filii .

5. *Repugnancia quid sunt ?*
Ea sunt , quorum unum negat aliud . Dicuntur etiam : *Contradicentia .* seu valde contraria agentibus , ut : *si hoc est , illud non est .*

Argumen-

¶ Libri i. Pars i. ¶

Argumentum & exemplum. Si, quo tempore me illud fecisse dicis, ego trans mare fui, relinquitur, ut id, quod dicis, non modo non fecerim, sed nec potuerim quidem facere. Contradicunt enim me hoc fecisse, & trans mare fuisse; si hoc est, illud non est.

2dum. *Exemplum.* Hæreditas aliqua obvenit? non potest dici; nam a necessariis omnibus exhæreditatus est. *Hoc est:* Exhæreditatus est, ergo hæreditatē adire nequit:

C A P U T VIII.

De Adjunctis.

Adjuncta quid sunt?

i. *Adjuncta sunt*, quæ cum re, de qua agitur. *conjuncta sunt*, non tamen necessario; continenturq; hoc versiculo. *Quis?* *quid?* *ubi?* *quibus auxiliis?* *cur?* *quomodo?* *quando?* *Vel ut alii malunt:* *Quis?* *quid?* *ubi?* *per quos?* *cur?* *quomodo?* *quando?*

Adjuncta sunt, Alia rei, ut *locus, tempus, modus, occasio:*

SS de Adjunctis SS

12

Alias corporis, ut: pulchritudo: deformitas, robur, vestis, habitus. *Alia animi*; ut: indoles, ingenium, doctrina, virtus, vitium.

2. A Fab: Quintiliano recensentur adjuncta 21. Nimirum: genus, natio, patria, sexus, ætas, educatio, habitus corporis, fortuna, conditio, animi natura, vietus, studia, affectus, locus, tempus, occasio, casus, facultas, instrumentum, modus, signum. Ex his omnibus sequuntur argumenta hoc modo:

3. *A genere*. Sextius natus est ab homine sapiente, & probo, ergo probus ipse quoq.

Exemplum. Inter ejusmodi viros, ac mulieres adulta ætate filius versabatur, ut eum etiam, si natura a parentis similitudine abriperet, consuetudo tamen, & disciplina patris similem esse cogeret. in Ver. VI. quasi diceret: Pater improbus, ergo etiam filius.

4. *A Natione*. est Pænus, ergo perfidus. N.B. Pæni: seu Carthaginenses à Romanis dicebantur perfidi, eo quod ii

3 Libri i. Pars i. 3

non servassent fidem .

Exemplum : Si tu aqud Persas , aut in extrema India deprehensus (*Verres*) ad supplicium ducereris , quid aliud clamitares , nisi te Civem esse Romanum ? & tibi ignoto apud ignotos , apud barbaros , apud homines in extre- mis , atq; ultimis gentibus posito , no- bile & illustre apud omnes nomen tuæ Civitatis profuisset; ille quisquis erat , quem tu in crucem rapiebas , qui tibi esset ignotus , cum civem se Romanum esse diceret , apud te Prætorem , si non effugium , ne moram quidem mor- tis , mentione , atq; usurpatione civi- tatis , assequi potuit . Act: 7. in Ver . Quasi dicat : est immanior barbaris , ergo crudelis .

5. *A Patria.* Romanus est: ergo fortis .
Exemplum. Hoc egit civis Rom: ante te nemo . Externi isti mores usq; ad sanguinem incitare solent odium aut levium Gracorum , aut immanium bar- barorum . *pro Lig:* quasi dicat: Cives Rom: qui ante te fuerunt , aliter se gesse-

de Adjunctis 13

gesserunt ; ergo Civis Rom: nomine
in dignus es .

6. *A sexu.* Ut: fæmina est, igitur iracunda : Vir , igitur constans esse debet . *Exemplum.* Mortem, quam et iam virgines Athenienses (*Regis, opinor Eritrei filiæ*) pro patria contempsisse dicuntur , ego vir consularis timerem⁹ pro Sex . Quasi dicat : Vir sum , ergo a timore longè abesse debeo .

7. *Ab aetate.* ut: puer est , ergo nugax . *Exemp.*: Per hujus Senectutem , judices , obtestatur , ut suæ naturæ , bonitatiq; obsequatur . *pro Quin:* Et *pro Syl:* Fert adolescentem Torquatum , dat aliquid iracundiæ , ignoscit ætati , modo sibi aliquem modum vitæ constituerit. Quasi dicat: adolescens est; ergo & veniâ dignus est .

8. *Ab educatione.* Ut : institutus est a Catilina ; igitur seditiosus *Exemplum.* Puer quidam apud Platonem educatus , cùm ad patrem ex intervallo rediisset , cumq; vidisset effusius ridentem , admiratus , dixit : se

Ba tale

¶ Libri i. Parß i. ¶

tale nihil unquam apud Platonē vidisse,
Tanta res est jam inde a teneris virtuti
assūtus esse Philosophi. quasi dicat: a Pla-
tonē educatus est; ergo non debet fusius
ridere.

9. *Ab habitu corporis.* Ut: Ventriculo-
sus est, ergo piger.

Exemplum. Nonne ipsum caput, &
supercilia illa ponitus abrasa olere ma-
litiam, & clamitare caliditatem viden-
tur? Qui idcirco capie & superciliis
semper est rasis, ne ullum pilum boni
viri babere dicatur. *in Vat:* quasi dicat:
Specie deformis est, er: homo improbus.
Argumentum sane fallax, quoniam ipse
Deus fecit nos, & non ipsi nos.

10. *Ab animi natura.* Ut: est sin-
gulari virtute, pudore, &c præditus;
er: & fides habenda est ei.

Exempl: Ille gurges, , atq; belluo na-
tus abdomini suo, non laudiac gloriæ.
in Pis: q: d. Deditus ait voluptatibus,
er: non gloriæ.

11. *A Fortuna.* Ut: prospera for-
tuna utitur; er: animo elatus est.

Exemp-

B de Adjunctis

14

Exemp: Quæ res in civitate duæ plurimum possunt, hæc contra nos ambæ faciunt hoc tempore: summa gratiâ, & eloquentia. &c. pro *Quin*: q: d: Qui prospera fortunâ utitur, innocentem oppugnant. ergo illum fortasse opprimet

12. *A conditione*. Ut: Servus est; er: animo abjecto & humili.

Exempl. Populum Rom: Servire nefas est. *pbil: VII.* q: d: Servorum misera coditio; er. populo Rom: indigna.

13 *A viatu*. Ut: Frugaliter, & parce vivit; er: non immania habet vicia.

Exemp: Atq; scitote; judices, eas cupiditates, quæ obijciuntur Cællio, atq; hæc studia, de quidus dispuo, non facile in eodem homine esse. pro *Cællio*. q: d: Deditus est optimarum artium studiis, er: non est intemperans.

14. *Ab affectibus*. Ut meticulosus est; er: non est bello idoneus.

Exemp. Vides tu illum tristem, demissum? jacet, diffidit, abiicit hastas. pro *Mur*: q: d: tristis est; er: non habet alacritatem ad pugnandum.

ꝝ Libri i. Pars i. ꝝ

15. *A loco.* E templo cùm deportaret supellecīlem , visus fuit ; er : fur est .
Exemp: Videamus nunc id , quod caput est , locus ad insidias ille ipse , ubi congressi sunt , utri tandem fuerit aptior . &c . pro *Mil:* q: d: locus , ubi erat Clodius , aptior fuit ad insidias molendas ; er : Clodius insidatus est Milonis vitæ , & non Milo Clodii .

16. *A tempore.* Ut : Vespere Solet domi se continere ; er : hominem noctu nou interfecit .

Exemp: Tantum bellum , tam diuturnum , tam longe , lateꝝ dispersum Cn: pompejus extrema hyeme apparavit , incunte vere suscepit , media æstate confecit . pro *Leg: Man:* q: d: Quam cingimè hostes vicit ; er : eximus est imperator .

17. *Ab occasione , Fur habuit furandi opportunitatem , er : argentum , quod sublatum est , ipse surripuit .*

Exemp: Quem igitur cum omnium gratia noluit , hunc voluit cum aliorum quærela ; quem jure , quem loco , quem

§ de Adju&is § 15

tempore , quem impunè non est ausus ,
hunc in iuria , iniquo loco , alieno tem-
pore , periculo capitis non dubitavit
occidere ? &c. pro Mil: q: d: cùm erat
occasio præclara , noluit occidere; er:
multo magis noluit , quando non erat .

18. *A Casu*. Ut : Inimico obviam
factus est ; er : ab eo interfectus .

Exemp: Mitridates fugiens maximam
vim auri , & argenti . pulcherrimarumq;
rerum omnium in Ponto reliquit . Hæc
dum nostri colligunt omnia diligentius,
Rex ipse etiambus effugit. Ita illum in
persequendi studio terror , hos lætitias
retardavit: pro Lege Man: q: d: Cupi-
ditas prædas victoriam longè maiorem
impedivit , er : casus in bello aliquando
dominatur .

19. *A facultate*. Viribus prævalet;
er : hostem superavit .

Exemp: Clodius cùm servis robustis :
Milo cum mulierum comitatu ; ille in
equo , hic in rheda . pro Mil: q: d:
Milo non habuit facultatem , Clodius
habuit; er: Clodius insidiatus est Miloni,

non

ꝝ Libri i. Pars i. ꝝ
non econtra .

20. *Ab instrumentis* . Cruentum habuit gladium : er · ille homicida .
Exemp: Cum facibus ad curiam concurrerunt : cum falcibus ad Castoris (*templum*) cum gladiis toto foro volitarunt &c. *pro Mil*: q · d: habebant hęc instrumenta ; er : voluerunt curiam incendere & stragem edere .

21. *A modo* . Cruentum erat Clodij cadaver ; er : ipse ab aliquo occisus .
Exemp. Tu P. Clodi cruentum cadaver projecisti domo , tu in publicum ejecisti . *pro Mil*: q: d: Hoc modo P: Clodi propinqui tui cadaver tradidisti ; er : crudelis es , Sexte Clodi , atq; immanis .

22. *A signo* . Cicatricem habet ; er : vulneratus olim fuit .

Exep: Tum * Cethagus recitat̄ litteris , debilitatus est , atq; abjectus , conscientia convictus reticuit . in Cat· q: d: Interrogatus obmutuit ; er : reus est criminis . * *Antesignanus conjur* : Catil : *A studiis* , *Musicā delectatur* ; er: placidus

Anteē: Cofseq: & 16
cīdus , & mitis animo est ,
Exemp: Vide supra nro 13. a vīdū .

C A P U T IX.

De antecedentibus & Consequentibus .

1. Antecedentia quid sunt ?

Antecedentia sunt , quæ necessario rem antecedunt .

Argum: Ortus est sol ; igitur dies est .
Exemp: Nemo fere saltat sobrius ; nisi forte insanit , neq; in solitudene , neq; in convivio moderato , atq; honesto ; intempestivi convivij , amæni loci , multarum deliciarum comes est extrema saltatio . **pro Mur:** q: d: non conviviis & vinolentia antea deditus fuit ; er : verosimile non est postea illum saltasse .

2. Consequentia quid sunt ?

Consequentia sunt , quæ rem necessario sequuntur .

Argum: Est copia fruðuum ; er ; & florū fuit .

Libri i. Pars i.

Exemp. Cùm tabella vobis dabitur , judices , non de Flacco dabitur solum , dabitur de Ducibus , auctoribusq; conservandæ Civitatis , dabitur de omnibus bonis civibus. pro Flacc: q: d: Si Flaccum condemnatis, comdemnandi sunt vobis principes civitatis , viriq; optimi; er : Flaccum condemnare non debetis .

3. *Consequentium genera.* Alterum eorum , quæ naturâ & tempore rem necessario consequitur , ut Dies auroram . Alterum eorum , quæ necessario cobarent ; ut : quorum unum sine altero esse nequit , quomodo cumq; inferatur ; ut : Si homo est ; animal etiam est ; Si animal , vivens est . Et hæc fortasse consequentia illa sunt , de quibus Cic: lib: 2. de Orat.

Tam Antecedentia , quam Consequentia etiam talia sunt apud Rhetores , quæ singula & seorsim posita non probarent , sed solum simul congregata , & unius loco posita videntur rem probare satis. Ut: Si homo erat audax , & inimicus , si inventus est cum gladio

17

Ess^e de Causis
cruento , pallens & fugiens , verosimile est homicidam fuisse .

C A P U T X.

De causis .

1. *Causa quid est ?*

Causa est id . unde aliquid fit ; vel vi cuius aliquid fit ; ut vulnus est causa mortis .

2. *Dividuntur causae . Et :*

Alia est : *Efficiens* . Etsq^{ue} ea , a qua aliquid fit ; aut est id , cuius actione aliquid producitur ; ut arbor est causa efficiens pomi .

Argumentum ex ea . Intemperantia corpus infirmum efficit , ergo est fugienda .

Exemplum . Caret epulis (ajunt) extructisq^{ue} mensis , & frequentibus populis : caret ergo vinolentiâ , crudelitate , & insomniis . Cic : defendit senectutem .

3. *Alia Materialis . Et est ea , ex qua aliquid fit , aut componitur . Ut mar-*

mor

¶ Libri I. Pars I. ¶
mor est causa materialis statuꝝ marmo-
reꝝ : lapides sunt materia , seu causa
materialis domus .

Argumentum ex hoc . Aurea est sta-
tua , ergo pretiosa .

Exemplum . Candelabrum è gemmis
clarissimis , opera mirabili perfectum ,
non pauca pocula ex auro , quæ , ut
mos est regius , gemmis erant disting&a
clarissimis. &c in Ver. VII quasi dice:
Verres vasa abstulit , quæ erant ex
materia prætiosa , ergo fur est nocen-
tissimus .

4. Alia Formalis seu Forma ; Estq; ra-
tio rei , & nota , per quam res est id ,
quod est , & a rebus aliis distinguitur .
Sic animus hominis est forma naturalis:
sic: navis figura, est forma artificialis.

Argumentum . Animus hominis im-
mortalitatis gaudet privilegio , æquum
igitur est . ut ei mortale subiectum
corpus .

Exemplum . Si considerare volumus ,
quæ sit in hominis natura excellentia &
dignitas , intelligemus , quam sit tur-

¶ de Effectis ¶

18

piter diffuere luxuriā ; & delicate , ac molliter vivere , quamq; honestum parce , continenter , severe , sobriè .

5. Alia causa *Finalis* seu *Finis*, & est id , cuius gratiā aliquid sit . Sic libri finis est lectio ; belli , pax .

Argumentum . Homo natus est ad laborem ; cr : non ad voluptates .

Exemplum . Si pace volumus frui , bellum gerendum est ; si bellum omittimus , pace nunquam fruemur . *Phil: VII.* q. d. Ad obtainendam pacem necessarium est bellum ; cr : bellum gerendum a nobis est .

C A P U T XI.

De Effectis .

Effecta quid sunt ?

Effecta sunt Ea , quæ sunt orta ex causis .

2. *Genera effectuum quot ?*

Genera effectum sunt totidem , quot causarum .

3. *Effectus causæ Efficientis* est id ,

C quod

Libri i. Pars i. quod a causa efficiente oritur. ut: domus effectum est architecti .

4. Argum. Domus est elegans ; er: a perito Architecto ædificata .

5. Exemp. Corpus exercendum est , & ita afficiendum , ut obediens consilio rationiq; possit in exequendis negotiis , & labore tolerando . Hoc est: e corpore domito hæc pariuntur bona ; er : est exercendum .

6. Materiæ effecta ? sunt ea , quæ ex materia fiunt . ut : gladius effectum est ferri .

7. Argum. Corruptioni & morti obnoxij sumus ; ergo constamus ex corpore .

8. Exemp. Quò major est vis animi , quam corporis, eo sunt majora ea , quæ concipiuntur animo , quam illa , quæ corpore. phil. XI. q: d: Hæ voluptates concipiuntur corpore; ergo viles sunt , & contemnendæ .

9. Formæ effecta ? Sunt opera , quæ formam consequuntur . uti homo animam consequitur ; nam anima est

De Effectis

19

ratio & forma , per quam homo est .

10. *Argum.* Homo est immortalis : er : anima rationali præditus est. vel: Homo ratiocinatur , & intelligit : er : animam rationis participem habet .

11. *Exemp.* Est animorum, ingeniorumq; nostrorum naturale quasi quoddam pabulum consideratio, contemplatioq; naturæ &c. Cic. IV. Acad: q: d: naturam consideramus & contemplamur : er : animus noster (qui est hominis forma) longe nobilior est , quam pecudum .

12. *Finis effectus?* Opera sunt, vel actiones ad finem consequendum suscep. ut pacis, bellum effectum finale est.

13. *Argum:* Delectum habet militum: ergo: bellum meditatur .

14. *Exemp:* Multi divitias despiciunt, parvo contenti , quos tenuis vicius , cultusq; delectat . &c . de amicitia . q: d: Sapientes bona hac caduca contemnunt : er : longè honestiorem alium sibi vitæ finem proponunt .

LIBRI I. PAR. I.
C A P U T XII.
De Comparatione .

1. Comparatio quid est ?

Comparatio est : Cum duo , vel plura sic inter se conferuntur , ut intelligatur , quid majus sit , quid par , quid minus .

2. Comparisonum genera quot ?

Majorum , sive a majori ad minus .
 Minorum , sive : a minori ad majus .
 Parium , sive: a pari .

3. Majorum quid ? Cum contendimus , ut quod in majori valet . valeat & in minori .

**4. Argum: Gigantem vicit , er : pi-
gm̄xum superabit .**

5. Exem: Quodsi ego h̄zc , propter magnitudinem rerum , ac difficultatum assequi non potui , qui in omni vita nihil aliud egi , quam longe tu te ab his rebus abesse arbitrâre , quas non modo antea nunquam cogitasti , sed ne quidem , cum in eas ingrediaris , quæ &

E De Comparat: **E** 20
 quantæ sunt , suspicari potes . in Ver :
 Hoc est: si ego orator exercitatus causam
 hanc agere vix possum , multo minus
 tu imperitus , ac rudis .

6. *Minorum* ? Cum contendimus ,
 ut , quod in re minori valet , valeat in
 majori .

7. *Argum:* Ulti sumus injurias illatas
 navicularibus; ergo, ulcisci debemus
 injurias illatas Consulibus .

8. *Exemp:* Græci homines Deorum
 honores tribuunt his viris, qui barbaros
 necaverunt ; Vos tanti conservatorem
 populi , tanti sceleris ultorem , hono-
 ribus nullis afficietis . pro Mil: q: d: a
 græcis hominibus barbarorū interfec-
 res honore affecti sunt; ergo multo ma-
 gis populi Ro: Conservator est affi-
 ciendus .

9. *Parium* ? Cum contendimus Pari
 par esse debere judicium , & quod va-
 let in uno , admitti debere in alio .

10. *Argum:* Lex est , qui occiderit
 patrē, insutus in culū dejiciatur in profu-
 entem : ergo & qui matrem oceiderit,

Lidri i. Pars i. Lidri
eodem suppicio dignus est.

ii. *Exemp:* Ergo Annibal hostis , Antonius civis ? quid ille fecit hostili- ter , quod aut non fecerit , aut non hic faciat , aut non moliatur , & cogi - tet ? &c phil. v. Hoc est : si quod arma contra Romanos tulerit Anni bal , hostis fuit ; etiam Antonius arma fert contra patriam , ergo hostis est judicandus .

C A P U T XIII. De Locis extrinsecis .

i. *Loci extrinseci qui sunt :*
Loci extrinseci (qui etiam vocantur aliter *remoti* & *assumti*) sunt ii , qui nullo modo pendent ab arte oratoris , & extra rem ipsam positi sunt , qua- propter ab Aristotele rectè vocantur . *Argumenta in artificialia, seu arte ca- rentia.* non quòd artis omnis sint ex- pertia , tractantur enim , & tractatio eorum summum requirit artificium ; sed quod non eruantur ex rebus ipsis , & ex causæ

Loci Extrins: 21
 causæ visceribus; quippe quæ foris eruntur. & auctoritate sola nituntur. In Causis forensibus potissimum valent, & adhibentur, numeranturq; sex. Ut:

2. Prajudicia. Cùm in simili, vel eadem causa aliquid contra judicatum est.

Argum: Horatius in causa homicidij absolutus fuit a populo Ro: ergo Milo etiam absolvendus.

Exemp: Sequitur illud, quod a Milonis inimicis sæpiissime dicitur, cædē, qua Clodius occisus est, senatum judicasse contra Remp. esse factā, illam verò senatus non sententijs solūm, sed etiam studiis suis comprobavit. Quoties enim est illa causa a vobis acta in senatu? quibus assensionibus universi ordinis? quā nec tacitis, nec occultis. pro Mil: hoc est: Causa Milonis adjudicata jam antea fuit, ergo etiā nunc adjudicanda est.

3. Fama. Testimonium vulgi; sive sermo multitudinis, qui auctoritatem habet, nisi irrepserit malitia, vel nimia quædam, ut sæpè fit, credulitas.

Argum: Clodius male audit, ergo: sceleratus

ꝝ Libri I. Pars I. ꝝ

sceleratus est homo .

Exempl: Inveteravit jam opinio perniciosa Reip: vobisq; periculosa , quæ non modo Romæ , sed & apud exteris nationes omnium sermone percrebuit , his judiciis , quæ nunc sunt , pecuniosum hominem , quamvis sit nocens , neminem posse damnari . *in.* *Ver:* i Hoc est fama percrebuit de judiciorum , quæ fiunt Romæ , iniquitate; *er:* debetis recte , & severè judicare .

4. *Tabula?* Scripturæ; vel publicæ; ut: *Leges* , vel privatæ; ut *Testimonia scripto exarata* , quibus continentur pacta conventa , testamenta , *Syngrapha* , *Chyrographa* , &c .

Argum: Testamento legitimo institutus est hæres ; erg: hæreditatem adire potest .

Exempl: Quodsi duodecem Tabulæ nocturnum furem quoquo modo , diurnū autem , si se telo defendereit , interfici impune voluerunt ; quis est ? qui quomodo quis interfectus sit , puniendū putet ? cum videat aliquando gladiū nobis

¶ Loci Extrin: ¶ 22

ad occidendum hominem ab ipsis porrigi legibus . pro Mil: hoc est leges permittunt gladium ad vim repellendā , er : jure occisus est Clodius .

5. *Tormenta ? Quæstiones* , id est forenses inquisitiones criminis , imo etiā cruciatus , quorum vi veritas a reis extorquetur .

Arg: *Quæstione habita de cæde patrata confessus est: er: puniendus est.*

Exemp. *Dixi jam antea sæpenumero , postulatos esse ab istis duos servos in quæstione , tu Semper T. Rosci recu- fasti . q: d: Si habita quæstio de servis esset , confessi culpam capitum fuissent ; er: capite homicidij reus es. Exemp: 2. Quæstiones servorum , ac tormenta nobis accusator minitatur , in quibus quanquam nihil periculi suspicamur , tamen illa tormenta gubernat dolor , moderatur natura cujusq; cum animi , tum corporis , regit quæsitor , flebit libido , corrumpit spes , infirmat metus , ut in tantis rerum angustiis , nihil veritati loci relinquatur , pro Sylla .*

6. *Ius-*

ꝝ Libri i. Pars i. ꝝ

6. Insjurandum. Est affirmatio , vel negatio alicujus rei ritu religioso facta , & deo O. M. in testem appellato expresse , vel æquivalenter .

Argum: Vir bonus & religiosus jure jurando affirmavit se interfuisse ; ergo ei fides habenda est .

Exempl: Audebo etiam obligare fidem meam P. C. vobis , populoq; R. promitto , recipio , spondeo , Cæsarem talem fore semper civem , qualis hodie sit , qualemq; eum maximè velle , & optare debemus . *pbil:* V. hoc est juro Cæsarem civem optimum fore : er: suit .
Item: Si sciens fallo , tu me jupiter opt. max. domum , familiam , remq; meam , pessimo loco afficias . Scipio apud Liv:

7. Testes . Qui de re , voce vel scripto , vel alio modo testimonium ferant .


Argum: Homines integerrimi de ea re testimonium tulerunt , er: dubitandum non est , quin ita se res habeat .

Exempl: Sunt testes viru clarissimi nostræ civitatis , quos homines à me nominari

Loci Extrins: 23

nom inari non est necesse. Eos, qui ad-
sunt, appellabo . Scit is , quem adesse
video Lentulus , Marcellinus , quorum
fide , atq; presidio Siculi maximè ni-
tuntur. in Ver. q: d: Viri integerrimi
testificantur Verrem furem , ac rapa-
cem fuisse ; ergo fuit .

8. Porro Testimonium potest esse vel
humanum , vel divinum . Humanum .
cum homines fide digni in testimonium
vocantur . Ad Divinum referebantur
olim oracula , seu voces Dei ipsius ,
Auspicia, seu auguria, quæ erant testi-
monia ex avium volatu , cantu , &c .
Votificationes , seu responsa vatum ,
Sacerdotum . &c .



LIBRI I. PARS II.

De altera inventionis parte, sive.

De Affectibus, causis eorum, & usu.

C A P U T I.

De affectibus generatim.

1. *Affectus quid est?*

Est motus animi ex apprehensione boni,
vel mali exortus.

2. *Affectus animi dividitur;* & est
alter *Levis* qui placide afficit animum;
Alter Vehemens qui acriter & vehe-
menter impellit.

3. *Affectum scdes ubi sita est?*

In ea animi parte, quam inferiorem,
seu animalem, & appetitum Philosophi
appellant; hoc est in anima, quatenus
est potentia cupiendi, & potentia ira-
scendi.

E de Affe&ib: generatim **E** 24

4. *Potentia cupiendi quid est?*

Est ea, quæ respicit id, quod bonum est, illudq; sequitur, & malum fugit. Ex ea oritur imo. *Amor*, cum inclinatur ad bonum. ut præcise bonum est. 2do. *Desiderium seu Cupiditas*. Cùm fertur ad bonum ut affuturum. 3to. *Dellectatio, gaudium, aut voluptas*, cùm bonum adesse sentiat. E contra cùm animus avertitur a malo, ut præcise malum est, tunc est 4tò. *Odium*. 5to. *Fuga seu horror*, cùm aversatur malum ut imminentis. 6to. *Tristitia* cùm dolet, quod jam in malis sit.

5. *Potentia irascendi quid est?*

Est ea, quæ respicit id, quod est arduum & difficile; & cum malum præsens respicit, & in illud insurgere tentans fertur ad vindictam, motus ille est 7mo *Ira*. Cùm quiescit, est 8vo. *Mansuetudo*. Cùm futurum malum respicit. si illud aggreditur, gno *Audacia* dicitur; si refugit, est 10mo *Timor*. Cùm futurum bonum considerat, & ad ipsum tendit, est 11mo *Spes*. Cùm ab eo deficit

ꝝ Libri I. Pars II. ꝝ

deficit est 12. *Desperatio*.

6. *Affectuum numerus qui?*
 Plato in Thictizo infinitos esse ait
 affectus nomine carentes. Alii unum
 tantum affectum esse censuerunt, nempe:
Amorem. Stoicis erant Quatuor tantum.

1. *Voluptas*, Orta ex opinione boni
 præsentis. 2. *Spes*. ex opinione boni
 futuri 3. *Tristitia*, seu *Dolor*: ex opi-
 nione mali præsentis. 4. *Timor*. ex
 opinione mali futuri. S. Thomas un-
 decem numerat; Aristoteles, Rhetoresq;
 alii longè plures, ex quibus aliæ affe-
 &iones primariæ sunt, aliæ secundariz.

7. *Affectus primarii qui sunt?*
 Qui pertinent ad potentiam cupiendi,
 sive ut ajunt ad appetitum concupisci-
 bilem. Suntq; Sex: Amor, Odium, De-
 siderium, Fuga, Delectatio, Tristi-
 tia. Et qui pertinent ad potentiam
 irascendi, sive irascibilem: Suntq; iti-
 dem Sex. nempe: Ira, Manfvetudo,
 Audacia, Timor, Spes, Desperatio.

8. *Affectus secundariorum siue permixtis
 qui sunt?*

33 de Affectib: generatim 33 29
 Sunt sequentes , videlicet : Commis-
 ratio, Pudor, Gratia, Invidia. Æmu-
 latio , Indignatio , Contemptus .

9. *Traditorum affectuum finis
 quis est?*

Ut sciat Orator , qua ratione faces ,
 ac stimuli sint auditorum animis subji-
 ciendi, ut eosdem moveat, inflammet,
 & flegat . Circa quod illud gene-
 ratim est observandum , quod apud
 Ciceronem monet Antonius , Lib: 2.
 Orat . Ut omnes motus , quos Orator
 addibere volet judicet , in ipso Oratore
 impressi , atq; in usi esse videantur .
 Neg; enim facile est perficere , ut ira-
 scatur , cui tu velis , Judex , si tu
 ipse id lentè ferre videare : neque ut
 oderit eum , quem tu velis , nisi te
 ipsum flagrantem odio ante viderit ;
 neque ad misericordiam adducetur ,
 nisi ei tu signa doloris sui , verbis ,
 sententiis , voce , vultu , collacryma-
 tione deniq; ostenderis . Ut enim nulla
 materies iam facilis ad exardescendum
 est , qua nisi admota igni , ignem

00050317
B Libri I. Pars II. B
concipere possit; sic nulla est mens
tam ad comprehendendam Ovimiratoris
parata, quæ possit incendi. nisi in-
flammatus ipse ad eam, & ardens
accederis.

C A P U T II. De Amore, & Odio.

1. *Amor quid est?*

Est affectus, quo alicui optamus, &
volumus ea, quæ bona sunt, vel quæ
saltem bona esse existimantur, eaq; es-
ficere, & impetriri studemus, illius,
quem diligimus, causâ, non autem
ob propriam nostram utilitatem.

Adverte: Veri Amoris tres esse condi-
tiones: 1ma. ut ei, quem amamus,
optemus bona. 2da. ut non solum opte-
mus, sed etiam procuremus. 3ta. ut
optemus & procuremus non nostri
causâ, sed illius, quem diligimus.
Iam amicitia est in re mutuus amor.

2. *Quo pacto conciliabitur Amor?*
Si enumerabuntur alicujus Bona. Porro

De Amore , & Odio 26

Bona sunt triplicis generis: 1^{mo}. *Bona honesta*. Et sunt : Virtus , Probitas , Æquitas , Doctrina , Oris majestas , ac dignitas , Modestia , Magnitudo animi . Comitas , Urbanitas , Fides , Constantia . 2^{do}. *Bona jucunda* . uti Amor , & Benevolentia , Similitudo studiorum, Bonorum & malorum communitas , Familiaritas , & domestica consuetudo , Indoles, Clementia. 3^{to}. *Bona utilia*, ut Beneficia .

3. *Exemplum* : Frugi igitur honestem, frugi inquam, & in omnibus vita partibus moderatum, ac temperantem, plenumq; pudoris , plenum officii, plenum religionis , videtis positum in vestra fide , & potestate . *pro Fonte*:

4. *Affectus amoris ubi locum
bibent?*

In Defensionibus , & Laudationibus .

5. *Odium quid est?*

Ciceroni est ira inveterata . Clarius . Est motus , quo animus avertit se ab eo , quod est , vel esse existimatur malum .

ꝝ Libri I. Pars II. ꝝ

6. *Odium quo pacto excitandum?*
Modō contrariō illi, quem de amore
diximus, videlicet: exaggerando Vitia,
qualia sunt: improbitas, avaritia, su-
perbia, petulantia, impudentia, cru-
delitas. *Item: Incommoda, vel*
damna illata bonis, Civitati, Patria
&c: præsertim cum contemptu.

7. *Exemplum.* O! dii immortales
 (vos enim hæc audire cupio) P. Clo-
 dius vestra sacra curat, vestrum no-
 men borret, res omnes humanas reli-
 gione vestra contineri putat? Non illud
 ita, auctoritate horum omnium, qui
 adsunt, Summorum virorum &c: pro
 Domo sua.

8. *Odio utendum quando?*
 In vituperationibus, & accusationibus.

C A P U T III. De Desiderio & Fuga?

1. *Desiderium quid est?*
 Desiderium, seu cupiditas est: appeti-
 tus, quô voluntas fertur in præcon-
 ceptam

de Desiderio & Fuga 27
ceptum bonum ut affuturum .

2. *Quō conciliandum est desiderium?*
Iisdem , quibūs amor , videlicet: Bonis honestis , jucundis, atq; utilibus. *Vide dicta de amore .*

3. *Exemplum :* Quibus pro tantis rebus , Quirites , nullum ego a vobis præmium virtutis , nullum insigne honoris , nullum monumentum laudis postulo , quam hujs diei memoriam semperiternam . *III. in Catil :*

4. *Desiderii usus ubi ?*
In oratione potissimum svasoria .

5. *Fuga quid est ?*
Fuga, seu horror est motus , quō animus avertitur ab eo , quod est, vel esse putatur malum , sed absens .

6. *Quō concilianda fuga ?*
Eodem , quō odium , *vide ibi* .

7. *Exemplum :* Erit igitur humanitatis vestræ, magnum eorum civium numerum calamitate prohibere ; Sapientia, videre, multorum civium calamitatem a Reip: calamitate sejunctam esse non posse . *pro Lege Mani. :*

ꝝ Libri I. Pars II. ꝝ

3. Usus fugæ in Dissensionibus potissimum .

C. A P U T IV.

De Gaudio , & Tristitia .

1. Gaudium quid est ?

Gaudium , seu lætitia , aut voluptas est : motus animi , quô fertur in bonum præsens , quatenus præsens est , unde oritur delectatio , hoc est : quedam animi quies , atqꝫ tranquillitas .

2. Gaudium conciliantia quæ sunt ?
 Bonum insperatum , insolens , novum , res admirabiles , aut virtus magna .
Item. Rectefactorum conscientia , commutatio fortunæ malæ in bonam .

3. Exemplum : Unus ille dies mihi quidem immortalitatis instar fuit , cum in patriam redii , cum Senatum egressum vidi , populumqꝫ Romanum universum . *post Reditum ad Quir.*

4. Usus gaudi . In laudationibus , gratulationibus , & gratiarum actionibus .

de Gaudio & Triflita 28

5. *Tristitia quid est?*

Tristitia est affectus animi, quo tristamur, seu dolemus ob malum præsens, vel quod præsens existimatur.

6. *Efficientia tristitiam qua sunt?*

Sunt *Mala propria*; ut: exilium, egestas, morbus, injuria accepta; *Mala propinquorum*, ut vincula, jactura bonorum, mors. &c.

7. *Exemplum.* Ponite igitur ante oculos P. C. miseram quidem illam, & flabilem speciem, sed ad incitandos animos vestros necessariam: nocturnum impetum in urbem Alizæ clarissimam: irruptionem armatorum in Trebonii domum: cum ille miser prius latronum gladios videret, quam quæ res esset, audisset, furentis introitum Dolabellæ, vocem impuram, atq; os illud infame: vincula, verbera, eculeum, carnificē, tortorem Samarium, quæ tulisse illum fortiter & patienter ferunt. *phil: XI.*

¶ Libri I. Pars II. ¶

C A P U T V.

De Ira & Mansuetudine .

1. *Ira quid est?*

Ea libido punitendi ejus, qui nobis injuriam intulit , aut intulisse natus est. Species irae sunt: *Odium*, seu ira inventata ; *Amaritudo*, seu ira confessim prorum pens; *Bilis*, seu ira intumescens ; *Inimicitia*, seu ira ulciscendi tempus observans ; *Discordia*, seu ira acerbior intimo corde concepta .

2. *Quo puto concitanda est ira?*
Exaggerando contemptum, illatas injurias, inimicorum gaudium in adversis, damnum illatum propinquis, & amicis, ingratum animum, Item per negationem officii , obtrectationem , contumelias , opprobria , maledicta . &c .

3. *Exemplum:* Per deos immortales, quæ ista tanta crudelitas est . quæ tam fera , immanisq; natura ? quis unquam prædo tam nefarius ? quis pyrata tam barbarus , ut cùm prædam integrum

*E*st de Jra & Mansuetud: *E*s 29
fine sanguine habere possit., cruenta
spolia detrahere malit? *Pro Sex:*
Rof:

4. *Usus iræ locum habet in vituperationibus, & svasionibus.*

5. *Mansuetudo quid est?*
Est depresso, seu sedatio iræ.

6. *Quæ illam in Auditore efficiunt?*
Amota danni suspicio, deposita injuria, reconciliatus animus, culpæ confessio, & dolor de culpa, animi demissio, probitatis commendatio, beneficia collata.

7. *Exemplum:* Ad judicem sic agi solet: sed ego ad parentem loquor. erravi; temere feci: pænitet: ad clementiam tuam (*Cæsar*) confugio: delicti veniam peto: ut ignoscas, oro. Si nemo impetravit: arroganter peto: si plurimi: tu idem fer opem, qui spem dedisti. An sperandi Ligario causa non sit? cùm mihi apud te locus sit etiam pro altero deprecandi? *pro Ligario.*

8. *Usus mansuetudinis, in Defensionibus.*

CAPUT

¶ Libri I. Pars II. ¶

C A P U T VI.

De Audacia seu Confidentia , &
Timore .

1. Audacia seu Confidentia quid est?
Est spes quædam , cum opinione pro-
ximæ salutis futuræ , rerumq; horribi-
lium vel non futurarum , vel longe fu-
tutarum .

Seu : Est affectus quidam consurgentis
animi adversus futurum malum , quam-
vis arduum & difficile , quod tamen
Vinci possit .

2. Incitamenta animam ad audaciam
erigentia que sunt ?

Honestas . & magnitudo boni , præsidia
certa ad illud comparandum , qualia
sunt: opes , vires , industria , prudentia ,
amici , adversariorum imbecillitas , &
favor Divinus : Item: multæ res pro-
spere gesæ sine detrimento , & in-
commodo , exemplum parium , & simi-
lium , imo inferiorum , quibus res ,
quaes timetur , metum ullum attulerit .

33 de Audac: & Timore 33 90
Item: conscient esse, se iis, qui timen-
 tur, nullam injuriam attulisse. **Item**
Cum quis prior hostem aggressus est.

3. Exemplum. Instruite nunc, Qui-
 rites, contra has tam præclaras Catil-
 linæ copias, vestra præsidia, vestrosq;
 exercitus; & primum gladiatori illi
 coofecto & gaucio, Consules, Impera-
 toresq; vestros opponite, deinde con-
 tra illam naufragorum electam, ac de-
 bilitatam manum, furem totius Italiz,
 & robur educite. *in Catil: II. Item*
Quid aliud Alpes esse creditis, quam
montium altitudines? Fingite altiores
 Pirenæis; an terras aliquas cælum
 contingentes, & inexpugnabiles hu-
 mano generi esse creditis? *Annibal*
apud Liv: Dec: 3. suos milites sic est
bortatus.

4. Uſus audacie. *in Suationibus*
& Hortationibus.

5. Timor quid est?
 Est ægritudo quædam, vel perturbatio
 ex opinione impendentis mali, quod
 aut interitum nobis, aut dolorem infer-
 re possit.

6. Timo

¶ Libri I. Pars II. ¶

6. *Timorē concitandi industria qua est?*
Tres sunt potissimum . 1. denunciando
 malum aliquod magnum , & grave , ut
 bellum , pestilentiam , paupertatem ,
 infamiam , infelicitatem eternam .
 2. Ostendendo mali vicinitatem , immi-
 densq; periculum . 3. Proponendo ma-
 lum non publicum duntaxat . & com-
 mune , sed privatum , & proprium .

7. *Exemplum* : Videor mihi hanc
 urbem videre , lucem orbis terrarum ,
 atq; arcem omnium gentium , subitō unū
 incendiō concidentem . Cerno animo
 sepultam patriam , miseros , atq; inse-
 pultos accervos civium . Versatur mihi
 ante oculos asperitus Cethegi (*) in
 vestra cæde bacchantis . Quapropter
 de summa salute vestra , populiq; Rom:
 de vestris conjugibus , ac liberis , de
 fanis ac templis , de libertate , ac salute
 Italiz , deque universa Repub: decer-
 nite diligenter , ut instituistis , ac for-
 titer . *II. in Catil: (*) Cetbegus*
enus de principibus coniurationis
Catilinaria .

33 de Spe: & Despen: 33 31
8. Usus timoris In genere Democ-
rativo , præsertim in dissuasionibus.

C A P U T VII.

De Spe , & Desperatione .

1. Spes quid est ?

Motus animi in bonum absens arduum , atq; difficile , sed tamen tale quod labore acquiri possit . Differt a *Confidentia* : quæ maximè cernitur in periculis contempndis ; Spes vero , quatenus Spes est , non habet necessaria hæc pericula contemnere .

2. Incitamenta ad Spem quæ ?

Eadem , quæ ad audaciam vide Cap: d. pro: 2.

3. Exemplum : Ad ea enim præsidia , quæ habemus , accedunt Consules summa prudentia , virtute , concordia , multos menses de populi R. libertate commentati , atq; meditati . His auctorib; ac ducib; , diis juvantib; , nobis vigilantib; , erimus profecto liberi brevi tempore . *Pbil: III.*

¶ Libri I. Pars II. ¶

4. *Uſus?* In Suasionibus.

5. *Desperatio quid est?* Boni obtinendi . vel mali deponendi diffidentia.

6. *Quae illam causant in Auditore?* Rei difficultas. subsidia nulla, alicujus ignavia , & imbecilitas .

7. *Exemplum:* Si hunc vestris sententiis affixeritis, quo se vertet miserdomum ne , ut eam imaginem deformatam ignominiam , lugentemq; videat? ad matrem ne &c. *pro L. Man:*

2dum. Exemp: Ibit in exilium miser? Quo? ad orientis ne partes , in quibus annos multos legatus fuit, & exercitus duxit . & magnas res geſſit ? At habet magnum dolorem , unde cum honore decesserit . eodem cum ignominia reverti . An se in contrariam terrarum partem abdet ; ut Gallia Transalpina, quæ nuper summo cum Imperio libenterissime viderit , eundem luginem , mærentem, exulem videat^e In ea porro Provincia , quo animo C: Murænam fratrem suum aspiciet. qui hujus dolor, illius mæros erit^s quæ utriusq; lamento

32

De Pudore & Gratia

tatio ? Quanta autem pertubatio fortunæ , atq; sermonis , quòd , quibus in locis paucis ante diebus factum esse Consulē Murænam nuntii litteræq; celebrassent , & unde hospites , atq; amici gratulatum Romanam concurrerint , repente cò accedat ipse nuntius calamitatis suæ ? *pro Muræna .*

8. *Usus* ? In genere deliberativo , præsertim in dissensionibus , ut ad commiserationem Auditorem moveat .

C A P U T VIII.

De Pudore , & Gratia .

1. *Pudor* , seu *Verecundia* quid ? Ægritudo quædam , perturbatioq; in his malis , quæ ignominiam ac dedecus afferre videntur , cum aut sunt , aut fuerunt , aut futura sunt .

E contra *Inverecundia* seu *Impudentia* est negligentia quædam , & animi securitas in iisdem malis .

2. *Pudorem incititia* quæ sunt ? Dedecus admissum à nobis , vel a no-

¶ Libri I. Pars II. ¶

¶ stris , generatimq; turpia omnia , quæ proficiuntur ab animi vitio ; ut : *timiditas in bello , avaritia , & sordes , injustitia , intemperantia .*

3. *Exemplum* : Delenda est nobis illa macula Mitridatico bello suscepta , quæ penitus insedit , atq; inveteravit in populi R. nomine . Videte , ne ut illis pulcherrimū fuit , tantam nobis imperii gloriam relinquere , sic vobis turpissimū sit , illud , quod acceperitis , tueri , & conservare non posse . *pro Leg: Manil:*

4. *Uſus ?* In objurgationibus , & in genere Deliberativo .

5. *Gratia quid est ?*

Gratia est , qua quis gratificatur indigenti non pro re quapiam , neq; ut sibi quid boni accidat , sed ut bene cibit , cui succurritur .

6. *Gratia quomodo conciliabitur ?* Si ostendatur potestas beneficiandi in illo , a quo beneficium petimus , & meritata illius , pro quo res petitur .

7. *Exemplum* : Laudo vos Quirites , cùm gratissimis animis prosequimini

33 de Pudore & Gratia 33
nomen clarissimi adolescentis , vel pu-
eri potius , sunt enim ejus facta im-
mortalitatis , non ætatis .

8. Uſus ? In petitionibus , & suasio-
nibus .

C A P U T I X

De Misericordia , Indignatione ,

& Invidia .

Misericordia quid est ?

Est dolor animi , & ægritudo quædam
ex malo alterius , præsertim immoritò
laborantis .

2. *Res ad misericordiam incitantes*
qua sunt ?

Commutatio florentis fortunæ in ad-
versam , infortunia personæ caræ ,
innocentis, bene meritæ , virtute præ-
ditæ , aut quæ sit vel tenera adhuc
ætate , aut si aliqua calamitate afficia-
tur Dei justitiae causâ .

3. *Exemplum : O ! miserum , &*
infelicem illum diem , quo Consul P.
Sylla omnibus centuriis renuntiatus est :

o falsam

ꝝ Libri I. Pars II. ꝝ

o falsam spem ! o volucrem fortunam !
Quàm citò illa omnia ex lætitia & volu-
ptate ad lugum, & lacrymas concide-
runt . pro Sylla .

2dum exemplum P. Horatii ad popu-
lum pro Filio reo parricidii .

Huncçine , quem modo decoratum ,
 ovantemq; victoriâ , incedentem vidi-
 stis , Quirites , eum sub furca vindū,
 inter verbera , & cruciatus videre po-
 testis ? Quod vix Albanorum oculi tam
 deforme spectaculum ferre possent . I
 licitor , collige manus , quæ paulo ante
 armatæ , imperium populo Rom: pepe-
 rerunt . i, caput obnube liberatoris hu-
 jus urbis: arbori infelici suspende: ver-
 bera , vel intra Pomærium , modò
 inter illa pila , & spolia hostium , vel
 extra Pomærium , modò inter sepul-
 cbra Curiatorum . Quo enim ducere
 hunc juvenem potestis , ubi non sua de-
 cora eum a tanta fæditate supplicii
 vindicent ?

4. Uſus . In Defensionibus .

5. Indignatio quid est ?

¶ Misericor: Invidia ¶ 34

Dolor perceptus ob res secundas alteri,
qui illa fortunâ judicatur indignus.

6. *Indignatio quomodò conciliatur?*
Duplici modo, I. Si vitæ prioris sor-
des, & vilitas, cum præsentis tempo-
ris opibus, potentia & arrogantia præ-
sertim conferantur. II. Si hominis, in
quem indignamur, vitia cum virtutibus
viri, cui antefertur, comparentur.

7. *Exemplum:* Atq; illud tenebro-
sissimum tempus incuntis ætatis tuæ
patior latere (commemorat deinde,
ut homo vilis & obscurus paulatim ad
bonores accesserit; tandem subjungit)
Te cognati respuunt, tribules execran-
tur, vicini metuunt, affines erubescunt,
strumæ deniq; ab ore improbo demigra-
runt, & aliis jam se locis collocarunt.

In Vatin:

8. *Uſus? In accusationibus, & vi-
tuperationibus.*

9. *Invidia quid est?*

Ægritudo quædam concepta ex appa-
rente

* *Quasi nempe adeò sit impurus, ut vel
ipsa struma fædum hominem aversentur.*

¶ Libri I. Pars II. ¶

rente felicitate alterius propter bona for-
tunæ, cùm ea paribus aut similibus eve-
niunt . Non ut aliquod inde bonum, aut
commodum adipiscatur, qui invidet, sed
quia vollet bona illa possidere propte-
rea, quodd suam putet imminui dignita-
tem . Quare invidia bæc , quæ a Cice-
rone *Invidentia* propriè dicitur, nun-
quam in bonum virum cadit, quale orato-
rem esse decet , & quales etiam audi-
tores esse oportet . Ac propterea affectus
hic, quâ turpis, occultari plerumq; pos-
set æmulationis indignationisq; nomine-

io. *Causam inflammenda invidia et in*
eliquem docet Cicero lib; 2 de Oratore.
esse vel : Bona , quæ ostendantur non
virtute , sed vitiis , atq; peccatis par-
ta : vel merita , quæ ostendantur non
tanta esse , quanta est insolentia homi-
nis , quantumq; fastidium .

ii. *Exemplum :* Non comparat se te-
cum gratiâ P. Quintius , Nævi , non
opibus , non facultate contendit , omnes
tuas artes , quibûs tu magnus es , atq;
dives , tibi concedit . *pro Quin:*

Æ de Æmular: & Contemp: 33
 12. Usus? In vituperationibus, &
 accusationibus.

C A P U T X. De Æmulatione & Contemptu

1. *Æmulatio quid est?*

Ægritudo quædam, quæ oritur ex eo,
 quod in similibus ac paribus videantur
 esse bona quædam honorifica, quæ bona
 possent etiam in eum accidere, qui ita
 afficitur. Ægritudo autem hæc est,
 non quod aliis illud bonum evenerit,
 sed quod eo carcat ille ipse, qui æmu-
 latur.

2. *Incitamenta ad emulationem quæ?*
 Majorum virtus, clarorum virorum
 egregia facinora, nominis gloria, &
 ea omnia, quæ honorem, & famam
 pariunt; ut: *Doctrina, & virtutes.*
 Vel quæ sunt honoris, gloriæ, & bonæ
 existimationis fructus, ut: *Divitiae,*
Magistratus, Potentia; præsertim si
 eadem nostri pares, ac similes conse-
 cutos esse videamus.

ꝝ Libri I. Pars II. ꝝ

3. *Exemplum* : Hæc imitamini per Deos immortales , qui laudem , qui dignitatem , qui gloriam quæritis. Hæc ampla sunt , hæc divina , hæc immortalia , hæc famâ celebrantur , monumentis annalium mandantur , posteritati propagantur . Est labor , non nego , pericula multa , fateor , multæ insidiae sunt bonis , verissimè diqū . *pro Sex:*

4. *Usus* ? In orationibus svatoriis .

5. *Contemptus quid est* ?

Motus quidam animi æmulationi oppositus , quo alios despicimus , propterea , quod nihil laude , & honore dignum habeant , iisq; bonis carcent , quæ verè æmulanda sunt , immo malis contrariis obnoxii sunt .

6. *Contemptus quomodo excitandus* ?
Ostendatur prosperitas fortunæ obvendisse sine iis bonis , quibus honor tribui solet , hoc est : sine virtutibus .

7. *Exemplum* : Neq; me divitiæ movent , quibus omnes Africanos , & Lelios , mercatoresq; superarunt ; neq; vestis , aut aurum , & argentum , quo

nostros

ॐ de Risu ॐ 36

nostros veteres Marcellos , Maximosq;
multi Eunuchi e Syria Ægyptoq; vice-
runt . Neq; vero movent me ornamentata
ista villarum , &c.

8. *Uſus?* In vituperationibus , &
hortationibus .

C A P U T XI.

De Risu .

1. *Risus quid est?*

Motus animi in hilaritatem latera, os,
venas , vultum , oculosq; concutiens ,
Ita Strabæus Ciceronis interpres
Lib: 2. de Orat.

2. *Materia risus quæ?*

Illa , quæ notat , & designat turpitudinem , & deformitatem aliquam non turpiter; *nimirum: turpitudinem parvam , & eas, quæ nec execrationē , nec pænam mercatur . Brevius cum Arist:* Risus materia vitium quodpiam est , & turpitude, quæ nec dolore affectura sit , nec interitum allatura .

ꝝ Libri I. Pars II. ꝝ

3. *Risus quæ utilitas?*

Ima Orator hoc modo sibi benevolentiam conciliat . 2. admirationem ingeui sibi parit . 3. Adversarium ludit . 4. Eruditum se , & urbanum hominem esse ostendit . 5 Relaxat tristitiam . 6. quæ argumentis diluere non facile est , excitando risum , dissolvit .

4. *Quinam in oratione irridendi?*
Ex Ciceronis præcepto (*Lib:2.deOrat:*)
Solummodo adversarii , nec hi omnes , aut semper , aut omni modo , sed raro , & modeste .

5. *Quomodo movendi risus?*
Facetiis . quæ dicuntur etiam : lepores , sales , festivitas , jocus , venustè di-
sum ; Pertinet id ad urbanitatis , & Eutropiæ virtutem ; laudabilesq; illi
risus esse possunt , si mediocritatē illam
habeant , quæ est inter nimium , & parū.

6. *Quoi sunt loci facetiærum?*
Plurimi , & varii , qui ad duas clas-
ses revocari possunt , nimirum alii sunt
In verbo , alii , *In re* .

7. *In Verbo ut: proverbium.* Sic
Cic:

Cic: Phil. XII. dixit: O! præclarum ovium custodem, ut ajunt, lupum.

Item: Et lupus in fabula.

Etimologia seu nominis interpretatio.

Sic: Cic: in Verris nomine sæpe ludit, dicendo. *Ius Verrinum* id est: porcivum. *Inexpeditum dictum.* Philippus invectus in causam principum Catulo obstrepanti, atq; interpellanti, quid. inquit, latras? cui respondit Catulus:

furem video Cic: lib: II. de orat: *Ænigma.* Hortensius orator eburneam a Verre sphingem mercede acceperat; cum idem Ciceroni testim in judicio Verris roganti dixisset: non intelligo hæc ænigmata: debes, inquit Cic: Cùm sphingē habeas. Quint: lib: 7. Cap. 4. Fiunt facetiæ a Paronomasia, ab Allegoria, a Metaphora, ab Ironia, &c.

8. *Facetiæ in re ut Ignorantia simulatio.*

Exemplum. Scipio Nasica cum ad Poëtam Eonium venisset, eiq; ab ostio quarrenti, Eonium, ancilla dixisset: non esse domi, Nasica sensit illam domini

¶ Libri I. Pars II. ¶

qui jussu dixisse , & illum intus esse . Paucis post diebus cum ad Nasicam venisset Ennius, & cum a janua quereret, exclamavit Nasica se domi non esse . Tum Ennius: quid ? ego non cognosco vocem , inquit , tuam . Hinc Nasica : homo es impudens , inquit , ego cum quererem , ancillæ tuz credidi , te domi non esse , tu mihi non credis ipsi.

9. *Tacita stultitia reprobatio* Vibium curiū multū de annis ætatis suæ mentionem . quasi longe junior esset, ita redarguit Cicero : *Ergo cum una declaramus, non eras natus* . Quint : lib: vi. cap: iv.

10. *Conjectura* . id est: cum aliqua explanantur longè aliter . atq, sunt , sed acutè & concinnè . Ut illud Ciceronis: in Fabium dicentem Dolabellæ triginta se annos habere , *Verum est* , inquit , nam hoc viginti annos audio . Ibid:

ii. *Consentanea statuta* . Cicero cum Lentulū generū suum exiguae statuta hominem longo gladio accinctum videbat , quis , inquit , *generum meum ad gladium*

gladium alligavit? Macrob: lib: II.
Saturnal: Cap: III.

12. *Apologus*, seu *fabula moralis*.
Et est illa, quæ belluarum mores, &
indolem exprimit, ad mores hominum
informandos.

Exemplum. ex Phædri *apologo De rana rupta, & bove*.

Inops, potentem dum vult imitari,
perit. In prato quodam Rana con-
spexit Bovem; & invidiâ tacta tantæ
bovis magnitudinis, rugosam inflavit
pellem, tum natoa suos interrogat, an
bove esset latior? illi negarunt: rur-
susq; illa majori nisu intendit cutem,
& simili quæsivit modo: quis major es-
set? illi dixerunt: bovem. Novissimè
indignata Rana, dum vult validius se
se inslare, rupto jacuit corpore.

Quantoq; valeat hic *apologus* ad no-
stros mores emendandos? satis liquet
ex primo versiculo: *Inops*. &c.

13. *Notandum* Hujusmodi fabulæ di-
cuntur *Æsopica*, non quod *Æsopum au-*
gorem habent, ut vulgaris existimat,

ꝝ Libri I. Pars II. ꝝ

cūm longissimè ante Æsopi tempora
ab Homero , & Hesiodo fuerint usur-
patæ ; sed quod valde fuerint in deli-
ciis Æsopo, qui illas admodū ingeniosè
tra&avit .

Interdum etiam non solum feræ ,
sed arbores quoq; , & plantæ , mallei ,
incudes , alizq; hujusmodi res loquen-
tes inducuntur .

14. *Parabola* . seu fabula rationalis.
Quæ est: cum ad mores instruendos ,
fingimus ab homine dictum , vel factum
quidpiam , quod re ipsa neq; dictum
fuit , neq; factum , sed tamen dici , vel
fieri omnino potuit . Et per hoc differt
Parabola ab *Apologo* Hujusmodi sunt
Divinæ illæ Parabolæ de Virginibus
decem , de Divite , & inope , de Filio
prodigo , alizq; , quibus Christus Do-
minus Apostolos , & circumfusam ple-
bem ad omnem virtutem crudiebat .
Sine parabolis non loquebatur eis .
Math: 13. V. 34.

15. *Leges risus qua servandæ ?*
imo non utatur ridiculo nimis fre-
quenti

39

Ex de Risu **33**
 quenti , ne scurrile sit . ado non sub-
 obsceno , ne sit mimicum . 3to non
 petulanti , ne sit improbum . 4te non
 in calamitosum hominem utatur , ne
 in humanum sit . Parcat præterea ami-
 citiis , & dignitatibus ; vitetq; contu-
 melias insanabiles .

E P I T O M E R H E T O R I C E S

L I B R I II. P A R S I.
 De primis duabus dispositionis partibus.

C A P U T I. De Dispositione generatim .

1. *Dispositio quid est ?*


Est rerum inventarum in ordinem di-
 stributio ; seu : Partium orationis ap-
 positè ad persuadendum collocatio .

2. *Oratio quotplex? Alia , in qua est sermo familiaris & vulgaris , quô utimur in quotidiana conversatione cum dome-*

¶ Libri II. Pars I. ¶
 sticis , & aliis . Alia , in qua est *Contentio* , & *Elocutio* Oratori propria ,
 cum de superiori loco , seu Rostro
 verba facit , quæ dicitur : *flexanima* ,
 atq; regina rerum omnium , quam &
Eloquentiam appellamus .

3. *Contentio quotuplicè est?*
 Alia in judiciis , & tunc *Actio* dicitar ,
 sive *Accusatio* , cui correspondet · *De-*
fensio ex parte altera . Alia in Senatu ,
 & est *Sententia* . Alia in multitudine
 hominum , & est *Concio* .

4. *Orationis partes que sunt?*
 1. *Exordium* . 2. *Narratio* . 3. *Con-*
firmatio . 4. *Peroratio* . Harum par-
 tium duæ , nimirum : *Narratio* , &
Confirmatio valent ad rem dicendam ;
 duæ ad animos impellendos , nimirum :
Exordium , & *Peroratio* . Aristoteles
 duas tantum partes necessarias esse do-
 cuit ; *propositionem* , & *probationem* .



¶ de Exordio generatim ¶ 40

C A P U T II.

De Exordio generatim .

1. *Exordium quid est ?*

Est oratio animum auditoris idonee comparans ad reliquam dictionem, reddendo auditorem 1. benevolum 2. attentum , 3. docilem .

2. *Benevolus quomodo redditur ?*

Benevolus redditur 1. *A persona auditoris*, modestè illum laudando, præsertim virtutem causæ nostræ accommodatam; ex· gr: clementiam, & misericordiam . ut Cic: pro Marc: Tantam enim mansuetudinem, tam inusitatum, inauditamq; clementiam , tantum in summa potestate rerum omnium modū. &c: 2. *A persona nostra*, commemo rando nostrum officium, aut meritum, aut virtutem, sine arrogantia . ut pro Archia : Adductus sum judices , officio &c. Et pro Lege Agr: De me ipso ve reor , ne arrogantis sit apud vos di-

35 Libri II. Pars I. 35
cere, ingrati tacere. 3. *Ab ipsis rebus persona, præsertim in genere judiciali, offendendo ejus inopiam, solitudinem, calamitatem.* Ita pro Quincio. 4.
A persona adversarii, si in invidiam, & odium vocetur, recensendo ejus vitia. ut: *pro Dejot: Crudelis Castor, ne dicam sceleratum, & impium.*

3. *Attentus quomodo redditar?*

Attentus redditur i. Attentionem ipsam petendo. ut *pro Sex: Ros:* Vos oro, ut attente, bonaque cum venia verba mea audiatis. 2. *Pollicendo nos diuos de rebus magnis & necessariis.* ut *pro Rab:* sic enim existimare debetis, *Quirites,* post hominum memoriam rem nullam magis periculosam, magis ab omnibus vobis providendam, neque a Tribuno plebis susceptam, neque a Consule defensam, neque ad populum esse delatam.

3. *Affirmando nos rem clarè demonstraturos.* ut *pro Planct.* Nisi ejus integerimam vitam, modestissimos mores, summatam fidem ostendero, &c.

Et de Variis exor: generis **E**t 41
 4. Docilis quomodo redditur? Docilis redditur: Si breviter, & dilucidè sumam rei , de qua dicturi sumus, proferamus , vel simpliciter proponendo , vel etiam dividendo. ut pro *Lege Man:* Dicendum est enim de Cn: Pompei eximia singulariꝝ virtute . &c. Et pro *Cluent:* Animadverti omnem accusatoris orationem in duas divisam partes .

C A P U T III.

De Variis exordiorum generibus.

1. Exordium quotusplex?

Aliud est *Abruptum* : Cum orator impetu quasi quodam abreptus dicere aggreditur , vel per expostulationem , vel per commiserationem , vel per exclamationem, repentinum lætitiaz motu, deprecationem, &c. ut: Quousq; tandem abutere Catilina patientia nostra? quādiu nos etiam furor iste tuus eludet ? quem ad finem se se effrenata ja&abit audacia ? Cic: in Cat.

2. Aliud est legitimum . Quod certis quibusdam legibus , de quibus partim

¶ Libri II. Pars I. ¶
 diximus , partim etiam dicemus , con-
 tinetur .

3. *Eius genera quo sunt ?*
 Duo : *Principium* ; Cùm statim , &
 aperte auditoris animum idoneum red-
 dimus ad audiendum. ut pro Sex: Ros:
Am: Credo ego vos judices mirari ,
 quid sit , quod cum tot summi oratores ,
 hominesq; nobilissimi sedeant , ego po-
 tissimum surrexerim , is , qui neq; zta-
 te , neq; ingenio , neq; au&oritate sim ,
 cum his , qui sedent , comparandus . &c.
 Eo autem uti possumus , cum honestum
 causæ genus est ; id est : cui statim sine
 oratione nostra auditoris animus favet.

4. *Et Insinuatio . Quæ est :*
 Oratio dissimulatione quadam , & cir-
 cutione subiens auditoris animum , ut
 pro Planc: Evidem ad reliquos labores ,
 quos in hac causa maiores suscipio ,
 quam in cæteris , hanc etiam molestiam
 assumo , quod mihi non solum pro Ca-
 Plancio dicendum est , cujus ego salutem
 non secus ac meam tueri debeo , sed
 etiam pro me ipso . &c: Insinuations

33 de Variis exor: gener: 33 42
 verò utendū est, cum aliquid vel incre-
 dibile, vel absurdum, vel humile, vel
 ingratum, vel reprehendendum videri
 potest, aut cum auditor defessus jam est
 ab eis, qui ante dixerunt.

5. *Quando comparanda est bene-
 volentia?*

Benevolentia maximè comparanda: In
 admirabili genere causæ, id est: a quo
 genere alienatus est animus eorum, qui
 audituri sunt; Et in anticipata causa
 genere; hoc est: in quo aut judicatio
 dubia est, aut & honestatis, & turpi-
 tudinis particeps est, ut benevolentiam
 parere possit, & offenditionem amovere.

6. *Attentio quando?*

In humili genere causæ; hoc est in eo,
 quod negligi ab auditoribus, & non
 magnopere attendendum videtur.

7. *Docilitas quando?*

In obscuro causæ genere, in quo aut
 tardi sunt auditores, aut difficiliori-
 bus ad cognoscendum negotiis causa
 implicata est.

ꝝ Libri II. Pars I. ꝝ
C A P U T IV.
De Exordii legibus .

1. *Siat imo. Accurata*, hoc est diligenti cura elucubrata . 2. *Acuta*; hoc est ingeniosè & subtiliter inventa . 3. *Instructa sententiis*; id est : armata rebus iis, quibus causam, dignitatemq; agentium possit tueri . 4. *Apta verbis*; id est ornatè composita, non tumidis verbis, & affectatis, insolentibus, priscis, inusitatis, sed e contrario, hoc est : pressis, verecundis, temperatis, usitatis, quibus significatio, dignitas, & pondus infit . 5. *Propria causarum*; hoc est : ex ipsis visceribus causæ, id est à locis intrinsecis, propriis rei illius, de qua agitur . Quanquam frequenter etiam aliunde sumuntur, ut a loco, a tempore &c. Cicero tamen exordii argumentū ab adjunctis personarum, loci, temporis: &c frequenter mutuatur .

2. *Non Sint . Imo Vulgaria*; quæ
in plures
 86

de Exordii legibus 43
 in plures causas accommodari possint .
 & iis convenire videantur . 2. *Communia* ;
 quæ nihilominus in hanc , quam in con-
 trariâ partē possint convenire . 3. *Co-
 mutabilia* ; quæ ab adversario possint
 leviter immutata ex contraria parte
 dici . 4. *Longa* ; quæ pluribus verbis ,
 aut sententiis , ultra quam satis est ,
 producantur . 5. *Separata* ; quæ non ex
 ipsa causa du&a sunt ; nec sicut ali-
 quod membrum annexum orationi ; ut :
 si homicida tibi sit accusandus , & cum
 furto coarguas . 6. *Translata* ; quæ
 aliud conficiant , quam causa genus
 postulat ; ut si quis docilem facere audi-
 torem studeat , cum benevolentiam
 causa ipsa maximè desiderat ; aut si
 principio aperto , & perspicuo utatur ,
 cum insinuationem res postulat . 7. *Ar-
 rogantia* . & minus verecunda .

C A P U T V.

De exordiorum fontibus .

1. *Fontes exordiorum qui sunt ?*
Adjuncta . personæ , rei , loci , tem-

ꝝ Libri II. Pars I. ꝝ

poris. Hic fons erat familiaris Tullio,
 En *exemplum*. Cum in omnibus causis
 gravioribus C. Cæsar initio dicendi
 commoveri soleam vehementius, quam
 videtur vel usus, vel ætas mea postu-
 lare: tum in hac causa ita me multa
 pertubant: ut quantum mea fides studii
 mihi afferat ad salutem Regis Dejotari
 defendendam: tantum facultatis timor
 detrahatur. Primum dico pro capite
 fortunisq; Regis. --- Moveor etiā loci
 ipsius insolentia: quod tantam causam,
 quanta nulla unquam in disceptatione
 versata est: dico intra domesticos pa-
 rietes: dico extra conventum, & eam
 frequentiam: in qua oratorum studia
 nisi solent: in tuis oculis, in tuo ore,
 vultuq; acquiesco: &c. &c. pro Dejot:
 2. *Simplex rei expositio*, hoc est: sine
 fuco, & sine ullo in specie artificio.

Exemplum. Novum crimen C. Cæ-
 sar, & ante hunc diem inauditum,
 propinquus meus ad te Q. Tubero de-
 talit: Q. Ligarium in Africa fuisse.

3. *Insignis quæstio* Ita Cic: suum de-

**¶ de Exordio: fontibus ¶ 44
inventione Rhetorica librum auspi-
catur : Sæpe & multum me cum co-
gitavi , boni ne an mali plus attule-
rit hominibus & civitatibus copia di-
cendi , ac summum eloquentiaz studiū.**

4. Suspensio auditorum animi .

**Exemplum . Quod erat optandum
maximè judices , & quod unū ad invidiā
vestri ordinis , infamiamq; judiciorum
sedandam maximè pertinebat ; id non
humano consilio , sed prope divinitus
datum , atq; oblatū vobis summo Reip:
tempore videtur . Inveteravit enim jam
opinio perniciosa Reip : vobisq; peri-
culosa : quæ non modo Romæ , sed &
apud exteris nationes omnium sermone
percrebuit , his judiciis , quæ nunc
sunt , pecuniosum hominem , quamvis
sit nocens , nullum posse damnari .**
in Ver : i.

**5. Effatum aliquod , vel exemplum
illustre . Sic Catilina suos conjuratos
ad impium bellū adhoratur apud Salust.
Compertum habeo , milites , verba vir-
tutem non addere ; neq; ex ignavo**

¶ Libri II. Pars I. ¶
 frenum , neq; fortem exercitum im-
 peratoris oratione fieri .

6. *Contrarium* . Cum scilicet prima
 fronte ea videmur dicere , quz causæ
 nostræ sunt contraria , & adversario
 favent . Ita *Alexander apud Curtium*
milites suos cohortaturus , ut secum
audacter pugnent ad extremas Indicæ
partes , primo videtur laudare illorum
studia , qui redditum in patriam cogi-
 tabant . Magnitudinem rerum , quas
 gessisti , milites , intuentibus vobis ,
 minime mirum est , & desiderium quie-
 tis , & saticitatē gloriæ occurre . &c.
Deinde mutata sensim velificatione , in
contrarium sententiam calidissimè de-
scendit .

C A P U T VI.

De Narratione .

1. *Narratio quid est ?*
 Rerum gestarum , vel quasi gestarum
 expositio . *Definiri etiam potest* : Ex-
 plicatio rei & quasi quædam sedes
 90
 constitu-

de Narratione
constituendz fidei .

45

2. *Narrationis genera quoꝝ sunt ?*
 Primum, in quo causa ipsa , & omnis
 ratio controversiaz continetur. Ut cum
 judices docemus de crimine vel patrato.
 vel objecto , aut senatum de Rcip: statu
Ut. pro Mil: P. Clodius cum studuis-
 set omni scelere in prætura vexare
 Remp: videreq; ita tractata esse comi-
 tia annō superiore, ut non multos men-
 ses præturam genere posset: - - - Subito
 reliquit annū suū, seq; in annū proximū
 translulit: &c. Alterum, in quo digressio
 aliqua, nontamen omnino aliena, delecta-
 tionis similitudinis, aut amplificationis
 causā , interponitur . ut *ibid* : Domi-
 suꝝ nobilissimus vir , (en digressio)
 senatus propugnator , atq; illis quidem
 temporibus pene patronus , avunculus
 hujus nostri judicis fortissimi Viri Cato-
 nis Tribunus pl: M. Drusus occisus est.

3. *Narrationis usus ?*
 In causis deliberativis rarius usurpatur;
 ibi enim de futuris deliberandum est, &
 plerumq; materia delibrationis est nota

ꝝ Libri II. Pars I. ꝝ

jis , qui audituri sunt . Quare illam plerumq; prætermittit Cic : ut videre licet in Philip : In causis demonstratīvis nulla occurrit narratio propriè dicta ; Narratio tamen dici potest illa, in qua commemorantur virtutes , aut flagitia per totam orationem diffusa . Ut in or: pro Lege Man: ubi de Pompeij laudibus . & in Pisōnem , ubi de ejus sceleribus . In causis judicialibus adhibebatur sæpius , ut liquet ex Orationibus Ciceronis .

4. *Leges que?*

Ut sit *Brevis* . Erit autē , 1. Si rem non altius , quam necesse est , repetamus . 2. Si non longius , quam oportet , sermonem producamus . 3. Si nihil extra causam afferamus . 4. Si summatim , non particulatim narramus . 5. Si semel unaquæq; res dicatur . ut: ex: gr: Milo autem , cum in senatu fuisset eo die , quo ad senatus dimissus est : domum venit : calceos & vestimenta mutavit : paulisper , dum se uxor , ut fit , comparat , commoratus est , deinde profe-

B de Narratione 46

Etus est id temporis , cum jam Clodius, siquidem eo die Romam venturus erat, redire potuisset . *pro Mil:*

5. Ut sit. *Aperta & perspicua.* Eritq;
1. Si verbis fiat usitatis · 2. Si rerum,
ac temporum ordo servetur · 3. Si neq;
perturbatè, neq; interruptè res narren-
tur . *ut: ex: gr:* Lentulus hac de reli-
gione solemnī retulit , nihil humana-
rum rerum sibi prius , quam de me
agendum judicavit , atq; eo die , con-
fecta res esset , nisi postea res acta est
in senatu alia . *post Red:*

6. *Probabilis.* Eritq;, Si rei gestarum
series exponetur sine fuco. Si personis,
locis , temporibus ea , quæ narrantur,
confentiant ; si cujusq; facti & eventus
causa ponetur ; Si cum hominum opi-
nione , auctoritate ; si cum lege , cum
moribus , cum religione conjuncta ; si
probitas narrantis , & testium fides
apparebit , *ut: ex: gr.* Fecerunt
Servi Milonis ; quod quisq; tali in re
servos suos facere voluisset . *pro Mil:*
Et in Ver: Repente hominem corripi ,

¶ Libri II. Pars I. ¶
 atq; in forum denudari , ac deligari ,
 & virgas expediri jubet .

7. *Svavis*: Eritq; , si habeat admiratio-
 nes & expectationes , exitus inopina-
 tos , interpositos motus animorū collo-
 quia personarum , &c. Quare ad svavē
 narrationem reddendam utendum est
 hypotyposi , suspensione , exclama-
 tione &c . ut: *ex: gr:* Quid deinde ,
 quid censetis ? furtum fortasse , aut
 prædam expectatis aliquam . Expe-
 cte facinus , quod vultis , improbum ,
 vincam tamen expectationem vestram.
in Ver: VIII. Et pro *Cluent:* O
 mulieris scelus incredibile , & præ-
 ter hoc unum in omni vita in auditum !
 o libidinem effrenatā , & indomitā ! &c.

8. *Narrationis locus ubi?*

Narratio rerum ad causam pertinentiū
 ubiq; potest incidere ; ideoq; in Ora-
 tione locum fixum non habet . Plerumq;
 post exordium statim ponitur ; Cic :
 tamen pro Milone post confutationem
 eam collocat .

C A P U T VII.

De Propositione , & Partitione .

1. *Propositio quid est ?*

Expositio rerum , de quibus dicuri sumus , quam Græci etiam *promissio-*
nem appellant : & est , in qua summa
 totius orationis proponitur .

2. *Propositio quotplex ?*

Alia est sc̄ juncta, in qua definitur , quid
 conveniat cum adversario , & quid in
 controversia relinquatur . *ut pro Mil:*
 Sin autem nemo vestrum ita sentit ,
 illud in judicium venit , non occisus ne
 sit , quod fatemur , sed jure , an in-
 juria , quod multis antea quæsitus est
 in causis .

3. *Alia Simplex.* In qua unum aliquid
 proponitur . *ut ibidem :* Reliquum est
 judices : *ut nihil* jam aliud quærere
 debeatis , nisi uter utri insidias fecerit?

4. *Digesta.* Quæ sit per enumerationem ; cum quod , & quibus de rebus di-
 cūri sumus , ostendimus , *ut in Phil:*

. Libri II. Pars I. .

VII. Cur igitur pacem nolo? quia turpis est, quia periculosa est, quia esse non potest. Quæ tria dum explico, peto P. C. ut eadem benignitate, atq; humanitate verba mea excipiatis.

5. Partitio quid est?

Idem ac propositio digesta, sive per enumerationem; & appellari potest: *Rerum*, de quibus dicturi sumus, *distributa expositio*, sive *explicatio ordinis*, quem sequi volumus per totam orationem. ut pro *Quinc.* Nego fuisse causam, cur postularet; nego ex dicto possidere potuisse; nego possedisse: Hæc tria cum docuero, perorabo.

6. Propositionis, & partitionis locus ubi?

Aliquando præmittitur Confirmationi propositio simplex, eadē deinde in partes distribuitur; Ut in superiori exemplo: Cur pacem nolo? *Pacem nolo*, propositio simplex est. sequitur deinde partitio: *quia turpis est* &c. Aliquando verò statim, vel sub finem exordii; vel ante Narrationem, vel post, vel si non sit

E & de Proposit. & Partiti. **E** 48
 narratio , in ipso confirmationis initio
 statim devenitur ad partitionem , sine
 propositione simplici; ut pro *Lege Man:*
 primo videtur degenerē belli, deinde de
 magnitudine, tū de imperatore esse di-
 cendū . Et pro se: *Rosc:* Tres sunt res,
 de quibus me dicere arbitror oportere.

7. *Propositionis , & partitionis virtutes quæ?*

Sunt primo . *Brevitas.* Ut nullum , nisi
 necessarium verbum adhibeatur . sic
pro Mure: Intelligo judices tres totius
 accusationis partes fuisse : Et earum
 unam in reprehensione vitz ; alteram
 in contentione dignitatis ; tertiam in
 criminibus tantum esse versatam .

8. Secundo *Paucitas* . Ut non sint
 plures , quam tres numero partes , ad
 summum quatuor . sic pro *Lege Man:*
 Ego enim sic existimo: in summo impe-
 ratore quatuor has res inesse oportere:
 scientiam rei militaris , virtutem ,
 au&oritatem , felicitatem .

9. Tertio *Absolutio* . Ut rerum
 omnium , de quibus dicturi sumus , ge-

¶ Libri II. Pars I. ¶
 nera complectamur . ut pro Sex: Ros:
 Tres sunt res, quantum ego existimare
 possum, quæ obstant hoc tempore· cri-
 men adversariorū, audacia, & potentia·
 10. Propositionis , & partitionis
 quæ necessitas ?

Cato perpetuo utebatur partitione ;
 Hortensius quoq; ; rariùs Cicero , &
 nisi causa exigente , vel quod longa es-
 set , vel quod obscura , vel quod con-
 juncta , sive quod ex variis constaret
 capitibus, ut ex aliatis exemplis liquet.
 Propositionem quoq; non semper nece-
 sariam esse , docet Quintil: lib: IV.
 cap. IV. Aliquando enim etiam sine
 propositione expressa manifestum est ,
 quid in quaestione versatur Cicero certe
 non nisi latentem , & occultam in ple-
 risq; orationibus illam habet ; ut in
divinatione in Ver: & pro Marc:
 Summa tamen cùm Propositioni , tum
 Partitionis utilitas est hæc , ut res di-
 stinctius appareat, ut magis animi per-
 moveantur , & ad auditorum tedium
 levandum , deniq; ut quod audierint ,
 memoriam fidelius tencant . LIBRI

LIBRI II. PARS II.

De duabus reliquis Dispositionis partibus ; seu de Confirmatione , Peroratione , & partibus earum .

C A P U T I.

De Confirmatione generatim .

1. *Confirmatio quid est ?*

Est ea, per quam argumentando suæ causæ fidem, autoritatem , & firmamentum adjungit orator . Cic: lib: 1. de Inv: &c auct. ad Heren: Confirmatio est : in qua cum adjumenta nostra exposuerimus , contraria dissolvimus. Idem lib: 2. de orat : Est , in qua firmamenta causæ afferuntur , dum quæ contra nos sunt , refellimus, & nostra confirmamus .

2. *Confirmationis species quæ ?*

Alia est Confirmatio proprie dicta , in qua ea , quæ pro nobis sunt , stabili-

¶ Libri II. Pars II. ¶

mus , atq; firmamus ; ut pro Arch:
Ergo illum , qui hæc fecerat , rudem
hominem Majores nostri in civitatem
recepérunt ; nos hunc Heraclensem ,
multis civitatibus expetitum , in bac
autem legibus constitutum , de nostra
Civitate ejiciemus ?

Alia est *confutatio* , seu *reprehensio* ,
in qua ea , quæ contra nos sunt , re-
felliimus & confutamus . ut pro Mil:
Negat intueri lucem fas esse ei , qui
à se hominem occisum esse fatetur . In
qua tandem urbe hoc homines stultissi-
mi disputant , nempe in ea &c:

C A P U T II.

De argumentatione generatim .

i. Confirmationis materia quæ ?
Cum confirmatio , tum confutatio ar-
gumentis , quæ valent ad probandum ,
consicitur , ac propterea argumenta
ipfa confirmationis materia dici pos-
sunt .

¶ de Confirmati: genera: ¶ 50

2. *Forma confirmationis qua?*

Argumentatio , quæ est argumenti explicatio, vel ejus artificiosa expositio.

3. *Argumentatio in quem finem adhibetur?*

Alia adhibetur dicendi causa , quæ propriè argumentatio ; alia commo-
vendi , quæ verius amplificatio dici-
tur ; de qua infra .

4. *Quid intereat inter argumentum & argumentationem?*

Hoc intereat , quod argumentatio sit modus , quod argumentum tractatur ; Argumentum vero sit ipsa argumentati-
onis materia . Unde argumenta ex se
jejuna sunt , & imbecilla , nisi acce-
dat artificiosa illorum explicatio .

5. *Utriusq; fontes qui sunt?*

Loci tum intrinseci , tum extrinseci ,
de quibus supra . Et alij præterea loci
communes Rhetorici : ut ab Honesto ,
de quibus infra , ubi de diversis ora-
tionum generibus . Sic si vellem pro-
bare Rheticam esse expetendam , ar-
gumentum (seu ratio) erit hæc: quia

¶ Libri II. Pars II. ¶

est ars bene dicendi : argumentatio e:
gr. erit talis: *Ars bene dicendi est ex-
petenda; sed Rhetorica est ars bene di-
cendi ; ergo est expetenda.*

6. Argumentorum delectus qui?

Ex prædictis fontibus desumenda ea , quæ dubia non sunt, sed vel certa, vel saltem probabilia , quibus evincamus vera esse ea , quæ dubia per se , & minus probabilia videbantur . ex: gr: Hæc propo : *Cælius non est deditus corporis voluptatibus, videri poterat dubia , & minus probabilis jūdicibus post adversariorum accusationem ; ex antecedentium ergo , sive adjunctorum loco desumit Cic: propositionem cer- tam , vel saltem minus dubiam , & valde probabile hanc: Qui liberalibus, & ingenuis artibus est deditus , non est deditus corporis voluptatibus , Deinde sic progreditur : Cælius inge- nuiis , ac liberalibus artibus est dedi- tus : igitur non est deditus corporis voluptatibus .*

§ de Syllogismo § 51

7. Quo ordine collocanda sunt Argumenta in Confirmatione?

Firmiora partim in principio collocanda sunt, quia tunc vel maximè attendit auditor: partim in fine, quia quæ postremò dicuntur, altius inhærent: imbecilliora verò collocanda sunt in medio, ubi magis latebit eorum infirmitas: quemadmodum imbecilliores milites, qui fugam, auditâ buccinâ, circumspiciunt, in medium agmen cogi solent, ut qui per se parum possunt, turba valeant. At si causa duobus tantū argumentis nitatur, quorum alterum validius sit, alterum infirmius, tunc imbecillus subjicitur quidem validiori, sed mox ad validius recurret.

C A P U T III.

De Ratiocinatione, seu Syllogismo.

1. Ratiocinatio, seu Syllogismus quid est?

Syllogismus alias est Philosophicus,

¶ Libri II. pars II. ¶
 qui est argumentatio, constans tribus propositionibus distinctis, ita secum connexis, ut concessis duabus primis, (quarum altera major altera minor appellatur) necessario concedenda sit tertia, quæ Consequentia dicitur. Ut:

Omnis ars honesta est amplectenda.

Sed Rhetorica est ars honesta.

Ergo Rhetorica est amplectenda.
 Alius Oratorius; & est Ratiocinatio constans s. partibus certo ordine inter se connexis; unde etiam vocatur Syllogismus perfeccissimus. per quem tractatur, & amplificatur argumentatio philosophica.

2. *Syllogismi Orat: partes quot, & quæ?*

Quinque. 1ma Propositione, seu Major: per quam breviter locus hic exponitur, ex quo omnis vis, oportet, ut emaneat ratiocinationis. v. gr. Melius gubernantur ea, quæ consilio reguntur, quam ea, quæ sine consilio administrantur.

2da. Propositionis, seu majoris ap- probatio

¶ de Syllosoño ¶

52

probatio : per quam id , quod breviter expositum est , rationibus affirmatur . Sic allatam propositionem confirmat Cic . Domus ea . qua ratione regitur , omnibus instructior est rebus , & apparator , quam ea , qua temere , & nullo consilio administratur ; exercitus is , cui praeponitus est sapiens , & callidus Imperator , omnibus partibus commodius regitur , quam is , qui fructuosa , & temeritate alicuius administratur . Eadem navigis ratio est : nam navis optime cursum conficit ea , qua scientissimo gubernatore utitur .

3ta. **Affumptio Seu Minor** : per quam id , quod ex propositione ad probandum pertinet , assumitur . Sic ex propos : superiore assumit Cic : Nihil autem omnium verum melius , quam mundus administratur .

4ta. **Affumptionis , seu minoris approbatio** : per quam id , quod assumptum est , rationibus firmatur . Sic allatam assumptionem firmat Cic : Nam & Signorum ortas , & obitas definitum

F s

quendam

00050317
Libri II. Pars II. quendam ordinem servanti. annue commutaciones non modo quadam ex necessitate semper eodem modo fiunt, verum ad utilitates quoq; rerum omnium sunt accommodatae.

sta. Complexio, seu Conclusio: per quam id, quod conficitur ex omni argumentatione, breviter exponitur. Sic exponit Cic: Quæ signa sunt omnia, non mediocri quodam consilio naturam mundi administrari. Sic Cic: lib: i. de Inv: oratorio modo probavit, mundum Divinâ administrari providentiâ, hoc argumento seu ratione: quia Mundus optimè administratur. quod ipsum philosophus exiliter, & jejunè dixisset in bunc modum:

Illud Divinâ providentiâ administratur, quod optime administratur.

Sed mundus optimè administratur.

Ergo mundus Divinâ providentiâ administratur.

3. Partes Syllogismi necessariae quæ? Primariæ, seu Major, & Minor. Semper accessoriæ sunt ad ratiocinatio-

¶ de Syllogismo ¶

53

nem , seu Syllogismum ; Secundarie
verò, seu *probationes* solum tunc nece-
sariæ sunt, quando vel *major* vel *minor*
probationis eget . Et quodsi istæ po-
nantur, tunc erit Syllogismus plenos atq;
integer non solum Dialectice, sed etiam
Rheticè .

Interdum

enim *probationes* prætermitti pos-
sunt , vel ambæ ; & tunc erit *irripar-
tita argumentatio* .

En exemplum: *Qui contra sediciosum
magistratum arma sumunt, ij maiestati-
tem non minunt, C. Rabirius contra
Saturninum sediciosum magistratum
arma sumpsit ; non igitur Majestatem
minuit.*

Vel alterutra ; & tunc fit *argumen-
tio quadripartita* : Ut si *probationem*
propositionis, seu *majoris* relinquas hoc
modo : *Hostes Patriæ bello persequendi
sunt* ; *Marcus Antonius hostis est Pa-
triæ* ; *nam vindices libertatis odio
prosequitur* ; *Leges evertit* ; *res ju-
dicatas frangit* ; *regium dominatum
appetit*; *est igitur bello prosequendus* .

F 6

Vel

ꝝ Libri II. Pars II. ꝝ

Vel si dimittatur assumptionis probatio, hoc modo: *Qui contra Leges hominē a se occisū esse fatetur, ei nefas est lucem intueri; nulla enim esset Legum utilitas, nulla potestas, nisi qui illas violent, debitas paenas sumant; sed Hortensius sororem a se contra leges occisam esse fatetur; igitur ei lucem intueri nefas est.*

4. Quod nūm est artificium tractanda Ratiocinationis oratoria?

Primo debet orator attendere, quid sibi probandum incumbat. 2do. Rationes querere ad id probandum idoneas. 3ro. Rationes illas revocare ad argumentum philosophicum. 4to. argumentum tractare modo oratorio; hoc est: majori & minori probationes idoneas adjungere, si opus est.

5. Syllogismi oratorij leges qua?

1. Ut tractetur non prese & iejunē more Dialecticorum, sed uberior & fusi.

2. Ut non servetur semper naturalis ordo, quem diximus, sed potest immutari ita, ut modo assumptio, seu mi-

¶ de Syllogismo ¶ 54

dor priorem locum obtineat , modo etiam & complexio , seu Conclusio . ex: gr: *Quis neget prudentiam expetendam esse , Cum sit virtus , Qd cum virtus sit summopere expetenda? Etenim prudentiam esse virtutem norunt omnes ; ideo illam expetunt , cum virtutem esse sciunt . Hic , ut videre est , imo. loco est assumptio , 2do. Complexio . 3to. propositio , seu major:*

6. Notandum : Orationes omnes , quamvis longissimas , ad unam argumentationem præcipuam reduci facile posse . Sic orationis pro Lege Manilia summa est hæc: *Ad bellum Mitridaticum Summus Imperator est mittendus ; est enim magnum , Qd periculosum , cum ad duobus potentissimis regibus Mitridate , Qd Tigrane interfatur . Pompejus autem est summus Imperator ; nam ei inest scientia summa rei militaris , Qd virtus , Qd auctoritas , Qd felicitas ; Quare Pompejus ad bellum hoc est mittendus .*

¶ Libri II. pars II. ¶

C A P U T IV.

De Enthymemate .

1. *Enthymema quid est ?*

Syllogismus imperfectus, seu Syllogismi pars , aut bipartita Ratiocinatio , in qua præteritur una pars ; vel major ; ut • *Eloquentia est ars, ergo est expetenda;* ubi omittitur major hæc: *Omnes artes sunt expetenda .* Vel minor : Ut: *Omnes artes sunt expetenda , ergo Eloquentia est expetenda .* ubi omittitur minor hæc . *Eloquentia est ars .*

Enthymematis partes vocantur a Logicis ima. *Antecedens,* 2. *Consequens.*

2. *Optimum quod est ?*

Quod sit ex pugnantibus, & contrariis, quod dicitur a Cic: acutissimum . ut pro Milone: *Ejus igitur mortis sedetis ultores : cuius vitam si patietis per vos restitui posse , nolitis .* mors & vita sunt contraria. Et apud Salustium: *Quem alienum fidum invenies , si tuis hostiis fueris ? tuis, & alienum :*

de Enthymemate 55
opposita sunt, quæ juxta se posita magis
elucescunt, inquit Philosophi.

3. *Enthymematum genera quæ?*
Aliud Demonstrativum, affirmans,
 & demonstrans aliquid esse. *Uit: v: g:*
Hoc bellum maxime vestros animos ex-
citare atq; inflammare debet, in quo
agitur populi R. gloria. Aliud *De-*
demonstrativum, negans, demonstransq;
aliquid non esse. *Ut: v: g: Neq; enim*
potesit exercitum is continere, impera-
tor, qui se ipsum non continet; neq;
severus in judicando, qui alios in se
severos esse judices non vult. Aliud
Refellens, seu redarguens, ac ostendit
id, quod ab adversario dictum est, esse
falsum: Ut pro Mil: Negant intueri
lucem fas esse ei, qui hominem a se
occisum esse fatetur. Et rationem banc
adversariorum sic refellit Cic: In qua
tandem urbe hoc homines stultissimi
disputant, nempe in ea, quæ primum
judicium de capite vidit M. Horatii
fortissimi viri, qui non dum libera
Civitate, tamen populi R: Comitiis li-
beratus

B Libri II. Pars II. **B**
beratus est , cum sua manu sororem
interfegam esse fateretur .

4. *Enthymematis ordo qui?*

Sæpe conclusio præponitur antecedenti,
licet possit etiam postponi . ut in illa
Salust: *Quem alienū fidum invenies;*
(est conclusio ;) *Si tuis bofis fueris?*
est antecedens .

C A P U T V.

De Inductione .

1. *Inductio quid est?*

Est argumētatio, quā ex pluribꝫ similibꝫ⁹
enumeratis aliquid concluditur Ut: v: g:
Si tutor fidem præstare debet, si socius,
si , cui mandaris , si , qui fiduciam ac-
ceperit ; debet illam præstare etiam
procurator . Cic: in Top:

2. *Inductio quotplex?*

Alia est ab exemplis . ut: pro Corn:
Balbo: Si M. Crassus , Si Metellus, si
C Marcus , si Senatus , si populus R:
jure fæderatos homines civitate dona-
runt ; etiam Pompejus C. Cornelium
fædera-

fæderatum jure potuit civitate donare.

Alia *a similibus* quæ tamen non sunt exempla, & *socratica* dicitur. Ut: v: g: Si agricola bonus est, qui fertiliores, & meliores agros reddit; si pastor, qui meliores pecudes efficit, &c ita princeps laude dignus, ut popul⁹ melior sit.

Alia *a partibus* totum colligentibus. Ut: v: g: Si prudentia, si justitia, si temperantia, & fortitudo sunt animi habitus, omnes certe virtutes sunt ejusmodi.

3. *Leges quæ?* 1. Ut quod inducimus pro similitudine, aut exemplo, verum sit, & concedatur; Ut hoc: esse bonum pastorem, bonum agricultoram, qui &c. 2. Ut illud, cuius confirmandi causa inductio fiet, simile sit rebus ijs, quas quasi non dubias inducimus.

C A P U T VI.

De Exemplo.

1. *Exemplum quid est?*
Inductio imperfecta, cum unum ex

ꝝ Libri II. Pars II. ꝝ

altero , non autem ex pluribus colligitur , ob similitudinem , quæ in utroq; reperitur . Si plura adhibentur exempla , Inductionis species erit .

2. *Exemplorum genera quot sunt ?*
 Aliud, quo res gestas commemoramus .
U: *v: g:* Legati quod erant appellati superbius , Corinthum Patres vestri , totius Græciz lumen , extinctum esse voluerunt , vos cum Regem inultum esse patiemini, qui Legatum populi R. Consularem vinculis , ac verberibus , atq; omni supplicio excruciatum necavit ? *pro Lege Man:*

Aliud , quod nos ipsi fingimus perinde ut gestum . **U:** Mitridates ex suo regno profugit , ut ex eodem Medæ illa quondam profugisse dicitur. *Ibidem:*

3. *Exemplorū verorum genera quot ?*
 Aliud *Simile* . **U:** Jure occisus est Saturinus , ergo etiam Gracchus . Aliud *Dissimile* . **U:** Brutus occidit liberos prodictionem molientes , Manlius virtutem filii multavit . Aliud *Contrarium* . **U:** Marcellus ornamenta Syracusanis

B de Exemplo B


57

fanis hastibus restituit , Verres eadem
sociis abstulit .

4. *Exemplorū fictionum genera quot?*
 i. *Collatio.* ex Arist: lib: 2. Rhet: *Ut si quis dicat : Magistratum sorte creari non oportere ; nam id esset simile , ac si quis athletas eligeret sorte , non qui pugnare valeant , sed quicunqu contigerint . Species est Similitudinis , sed desumpta a re , quae possit contingere , non quae reapse sit .*

2. *Fabula , ut Aesopicæ , Cypriæ . Aegyptiæ . Sic Cic: contendit Milonem esse absolvendum , sicut Oresten Minervæ suffragio absolutum fuisse Poëtæ tradiderunt :*

5. *Exemplorum usus qui ?*
 Valent ad probandum , & ad exprimendam rerum imaginem , præsertim apud imperitam multitudinem , quemadmodū similitudines .



ꝝ Libri II. Pars II. ꝝ

C A P U T V I I . De Sorite & Dilemmate.

1. *Sorites quid est?*

Argumentatio acervalis, juxta Cic: Cum multis couges̄tis propositionibūs, veluti gradatim & conservatim collectis aliquid infertur. Ut: v: g: Africano virtutem industria, virtus gloriam, gloria æmulationem comparavit. In hoc argumēto si una pars erit non legitima, aut anceps, conclusio erit falsa. Ut: Bibliopola multos libros evolvit, qui evolvit, studet, qui studet, doctus evadit: ergo bibliopola doctus evadit. Error est in hoc: evolvit. quod est ambiguum.

2. *Dilemma quid est?*

Argumentatio, in qua utrumlibet concesserit adversarij, reprehenditur Cic: Complexionem appellat. ut in Catil: Quam obrē hunc mihi timorem eripe, si verus, ne opprimar, si falsus, ut tandem timere desinam.

ꝝ de Confutatione ꝝ 58
C A P U T VIII.

De Confutatione .

1. Confutatio quid est ?

Pars orationis, quâ adversariorum confirmatio aut *Diluitur*: negando totum, utpote vel fictum , & maliciosè ex cogitatum ; vel falsum , hoc est ab errore profectum : *Uti: v: g:* Negamus te bona Quintij , Sexte Nævi ex editio prætoris possedisse .

Aut *Infirmatur*: dicendo dubia esse , quæ pro veris sumpta sunt: *Ut: v: g:* Non quia Clodiū oderat Milo , idcirco insidias ei molitus est .

Aut *Elevatur* . Negando ex iis , quæ sumpserit adversarius , confici , quod ipse velit ; *ut: v: g:* Non , quia Milo fatetur a se interfictum esse Clodium , idcirco morte ipse afficiendus est .

2. Elevandi ratio quotuplex ?

Triplex 1. *Excusando* id, quod objicitur , & jure factū esse contendendo. 2. *regredendo* aliquid in personam adversarij ,

¶ Libri II. Pars II. ¶

at cum ostendamus non convenire adversario accusatoris , vel svasoris , vel dissvasoris partes agere. Sic Cic: accusatori objecit , & in eum regessit , quod servus Dominum accusaret .

3^{ta}. *Regerendo aliquid in rem ipsam* , cum reponimus partem , vel etiā majorem rem , quam quæ nobis objicitur ab adversario. Vel malū. quod fatemur , virtutibus , & meritis abunde compensatum esse monstramus .

3. *Confutationis locus ubi?*
Interdum Confirmationem præcedit , interdum subsequitur , interdum commiscetur in confirmatione .

4. *Ordo qui?* Vel ita , ut primo loco infirma adversarii argumenta collocentur , infirmissima in ultimo , in medio fortia , vel ut cum teneamus ordinem in refellendo , quem adversarius in objiciendo tenuit .

5. *Modi?* Habenda sunt interrogations , ironiz , sales , & facetiz , indignationes , &c.

C A P U T I X.

De Peroratione .

1. *Peroratio quid est?* Exitus. & ultima orationis pars, in qua id. quod tota oratione expetebat orator, majori conatu evincere contendit. *Quint:*

2. *Partes ejus quae?*

Enumeratio . & Amplificatio .

3. *Enumeratio quid est?* Est ea, per quam res disperse & diffusè dictæ unum in locum coguntur, & reminiscendi causā unum sub aspectum subjiciuntur..

4. *Exemplum .* Quare cum & bellum ita necessarium sit , ut negligi non possit , ita magnum , ut sit accuratisime administrandum ; & cum Imperatores præficere possitis , in quo sit eximia belli scientia singularis virtus, clarissima au&toritas, dubitabitis, Qui-
rites , quin hoc tantum boni , quod a Diis immortalibus oblatum , & datum est , in Remp: conservandam, atq; am-
plificandā conferatis . *pro Lege Man:*

ꝝ Libri II. Pars II. ꝝ

5. Enumeratio quando est usurpanda?
 Interdum in laudationibus , sæpius in
 suasionibus . In judiciis vero sæpius
 defensori , quam reo necessaria . Uni-
 versè autem præceptum hoc esto . Ad-
 hibendam enumerationem tūm maxime
 esse , si aut memoriæ diffidas corum ,
 apud quos agis , quod longior oratio
 fuerit , aut cum frequentatis firmamen-
 tis seu rationibus , & probationibūs
 orationis , ac breviter expositis , vim
 est habitura causa majorem . *Ut in*
Ver: VII. • *Cic:* Potero dissimulare ,
 cum tantum Resp: vulnus acceperit , ut
 expilatæ provinciæ , vexati Socij ,
 Dii immortales spoliati , cives Rom:
 cruciati , ac necati impunè me auctore
 esse videantur .

6. Enumerationis leges quæ?
 Illud maximopere cavendum est , ne
 pueriliter memoriā quis ostentare velit ,
 quod utiq; fieret , si omnia minima re-
 peterentur. 2. Ita breviter singula at-
 tingamus , oportet , ut solum pondera-
 gerum , & quæ majoris momenti sunt ,

¶ de Peroratione ¶ 60

actiones comprehendantur.

7. Enumerationis locus?

Non tantum in Peroratione, sed aliquando etiam in aliis partibus. Ut si Confirmationem trifariam, vel quadrifariam divisorimus, unaquaque confirmata, licebit breviter argumentationum capita repeteret. Ut pro *Lege Manil:* Cic: posteaquam dixit de genere belli, per enumerationem concludit. Quare videre, num dubitandum vobis sit omni studio ad id bellum incumbere, in quo nominis vestri gloria, salus sociorum, veigalia maxima, fortunæ plurium civium, cum Rep: defenduntur.

8. Perorationis pars alia: Amplificatio, de qua in capitibus sequentibus. Adhibetur autem ad impellendos animos, & commovendos atque concitandos, & hoc est perorationis proprium; jam ergo ad benevolentiam conciliandam in Exordiis locum habet.

¶ Libri II. Pars II. ¶

C A P U T X.

de Amplificatione generatim .

1. *Amplificatio quid est?*

Gravior quædam, & vehementior affirmatio, quæ motum animorum conciliet, in dicendo fidem. *Hoc est:* argumentatio talis, quâ Orator donatum querat sibi fidem facere; sed etiam animos commovere. *Et in hoc impulsu sita est major vis illa.* atq; gravitas.

2. *Quo modo hoc perficiendum?*

Demonstratione vivida, quâ scilicet Orator dignitatem, & amplitudinem, vel indignitatem, & atrocitatem rei, pondere verborum, ac exaggeratione circumstantiarum ita demonstret, ut ferire videatur auditorum animos, non leviter attingere verbis.

3. *Motus animorum qui potissimum sunt excitandi in Peroratione?*

Varii, pro diversitate orationis. Ut motus amoris, admirationis, amulatio-

Q de Amplificat. Verborū **Q** 61
nis, lætitiaz in laudatione. Nam in
Vituperatione excitandum est odium;
contemptus, spes, confidentia, timor
in Deliberatione. In judiciis vero
omnes motus concurrunt.

4. Amplificationis locus ubi?
In peroratione potissimum; sed fre-
quenter etiam in ipso orationis cursu,
post narrationes, & argumentationes.
Aliquando, sed rarius, in Exordio.

5. Amplificatio quotuplex?
Alia verborum genere confirmatur,
alia rerum.

C A P U T XI. De Amplificatione Verborum.

i. Verba quænam adhibenda?
Illustris. Quæ rem pressus & signifi-
cantius exprimunt. Ut in Verr. Non
enim furem, sed creptorem; non adul-
terum, sed expugnatorum pudicitiz;
non sacrilegum, sed hostem sacrorum,
religionumq; ; non sicarium, sed cru-
delissimum carnificem civium, socio-

¶ Libri II. Pars II. ¶

rumq; in vestrum judicium adduximus.

2. *Gravia*. Id est, cum sententia. *Ut pro Mil:* Sed tamen ex omnibus præmiis virtutis, si esset habenda ratio præmiorum, amplissimum esse præmium gloriam, esse hanc unam, quæ brevitatem vitæ posteritatis memoriam consolaretur.

3. *Plena*. ut: De me semper populus Rom: semper omnes gentes loquentur, nulla unquam obmutescet vetustas.

4. *Sonantia*. ut: Senatus gravissima decreta perfregerat.

5. *Iuncta*. Hoc est: *Composita*. ut, Contrucidare, pertimescere, persolvere.

6. *Fida*. Id est, quæ Orator ipse aliquando singit, ut avidius dicat. *Sic Cic:* Ullam asperitatem, aut lentulitatem valere apud me plus, quam ornamenta virtutis existimas.

7. *Cognomina*. Hoc est, quæ eandem habent significationem. & congregabantur. *Ut pro Mil.* Hæc tanta virtus, ex hac urbe pelletur, exterminabitur, ejicietur?

¶ de Amplificat: Verborū ¶ 62

8. *Non vulgata*. Hoc est, quæ supra sermonem vulgarem efferuntur. *Ut ibid:* Quas (*aras*) ille (*Clodius*) præceps amentia, cæsis, prostratisq; sanctissimis lucis substructionum insanis molibus oppræserat.

9. *Superlata*. Hoc est, quæ veritatem excedunt, fidemq; superant, & plus dicunt, quam res esse possit. *ut pro Arch:* Solitudines voei respondent, bestiæ sæpe immanes cantu fleantur, atq; consistunt.

10. *Translate*, *ut* : Omnes redundant ex illo fonte dolores. *pro Mil:*

11. *Dissoluta*. *Hoc est* : Vel cum plura membra sine coniunctione profunduntur. *ut pro Mil:* Me patria expulerat, bona diripuerat, domum incenderat; vel cum in singulis verbis sit dissoluto, *ut ibid* : Illa indicia communis exitii indagavit, protulit, patetfecit, extinxit.

12. *Relata*. Vel cum paria paribus referuntur; *Ui pro Mil:* Est hæc, Iudices, non scripta, sed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, verum

00050317
¶ Libri II. Pars II. ¶
ex natura ipsa arripimus, hauisimus, ex-
pressimus. *Vel cum contraria contra-
riis referuntur.* Ut pro Sext: Sed mihi
omnis ratio est cum virtute, non cum
dissidio; cum dignitate, non cum vo-
luptate. *Vel cum ad unum verbum
multi casus referuntur.* Ut pro Cluent:
Vicit pudorem libido, timorem auda-
cia, rationem amentia.

13. Iterata. Quæ sapientis initio mem-
brorum repetuntur. Ut pro Mil: Caruit
foro postea Pompejus, caruit Senatu,
caruit publico.

14. Duplicata. Hoc est illa, quæ ge-
minantur. Ut pro Mil: Valeant, in-
quit, valeant cives mei.

15. Ea, quæ ascendunt gradatim. Ut
ibid: Valeant cives mei, sint incola-
mes, sint florentes, sint beati.

Notandum. Quod hæc verba, &
discretus eorum usus non aliter acquiri
valent, quam ex lectione librorum
affidua.



de Rerum amplificat: 63

C A P U T XII. De Rerum amplificatione .

1. *Res ad amplificandum desa-*
muntur ex iisdem locis omnibus , ex
quibus argumenta ad probandum , de
quibus vide supra . Sed potissimum :

2. *A definitionibus congregatis . Ut*
pro Sextio : Video Milonem vindicem
libertatis vestræ , custodem salutis meæ ,
subsidium afflictæ Reip: extinctorum do-
mestici latrociniï , repressorem cædis
quotidianæ , defensorem templorum ,
atq; teatrorum , præsidium curiæ fôrdi-
datum , & reum .

3. *A consequentium frequentatione :*
Cum ea proferantur bona , vel mala ,
quaæ coassecitura sunt ; quod in Perora-
tionibus Cic: frequentissime facit . Sic
pro Mil: Quid respondebo liberis meis ,
qui te parentem alterum putant ? quid
tibi Quinte frater , qui nunc abes ?
consorti mecum temporum illorum ?
me non potuisse Milonis salutem tueri

¶ Libri II. Pars II. ¶
per eosdem, per quos nostram ille ser-
vasset?

4. *A contrariorum confictione.* ut
ibid: Non enim inimici mei te mibi eri-
 pient, sed amicissimi, non male ali-
 quādo de me meriti, sed semper optime.

5. *A dissimilium.* Ut in *Verr:* Sic
 habete, judices, plures a Syracusanis
 istius adventu Deos, quam vitoria
 Marcelli homines esse desideratos.

6. *A pugnantium.* ut pro *Mura:*
 Ne L. Muræ recentem gratulationem
 nova lamentatione obruatis.

7. *A causis.* ut pro *Mil:* Negat enim
 se, negat ingratissimis civibus fecisse, que
 fecerit: timidis, & omnia circum-
 spicientibus pericula non negat.

8. *Ab effectis.* Ut in *Ver: VII.*
 Nisi libidini tuz, cupiditatq; paru-
 erint, imitenturq; homines, expugna-
 buntur domus, civitates non modo
 pacatz, verum etiam sociorum, atq;
 amicorum ad vim, atq; ad arma con-
 fugient.

9. *A Similitudine.* Ut pro *Mil:*
 Etenim

¶ de Rerum amplificat: ¶ 64

Etenim si in gladiatoriis pugnis , & in insimi generis hominum conditione , atq; fortuna , timidos , & supplices , & ut vivere liceat , obsecrantes etiam , odiisse non solemus ; fortes , & animo-
fos , & se acriter ipsi morti offeren-
tes , servare cupimus ; quanto hoc ma-
gis in fortissimis civibus facere de-
bemus ?

10. *Ab Exemplis . Ut pro Archia .*
Homerum Colophonii civem esse dicunt
suum , Chii suum vendicant , Salami-
ni repetunt , Smyrnæi vero suum esse
confirmant . &c: Ergo illi alienū , quia
Poëta fuit , post mortem etiam expe-
tunt ; nos hunc vivum , qui & volun-
tate , & legibus noster est , repudia-
bimus ?

11. *A fictis personis . ut pro M. Cal:*
ubi Senex ille Appius a mortuis excita-
tur , & inducitur , ut Clodium turpis
amoribus deditum reprehendat .

12 *A prosepopaja . Sive a mutis etiam*
rebus , cum inducuntur loquentes . Ut in
Catil: i. Etenim si mecum patria ,

33 Libri II. Pars II. 33
 quæ mibi vitâ meâ est carior, si cuncta
 Italia, si omnis Resp: loqueretur. &c:

C A P U T XIII.

De Quatuor amplificandi modis ex Quintiliano .

Per incrementum. Cum a minoribus ad majora procedimus , ita ut magna videantur , etiam quæ inferiora sunt . *Ut in Ver:* Facinus est viacire civem Rom; scelus verberare , prope parricidium necare, quid dicam, in crucem tollere ?

2. Per ratiocinationem. Cum aliud ex alio elicitor augendi gratia . *Ut in Anton:* Tu istis fauibus , iis lateribus , ista gladiatoria totius corporis firmitate tantum vini in Hypopæ nuptiis exhauseras , ut tibi necesse esset in populi R. conspectu vomere postridie .

3. Per comparationem. Cum diversa inter se conferuntur , & minora cum majoribus . *Ut in Cat:* Servi, me her-

33 de Ampl: mod: ex Quint: 33 65
cle! mei , si me isto padio metuerent ,
ut te metuunt omnes concives tui , do-
mum meam relinquendam putarem &c.
Ibid: An vero vir amplissimus P. Sci-
pio Pontifex Max: F. Gracchum medio-
criter labefactantem statum Reip: pri-
vatus interfecit ; Catilinam orbem ter-
rarum cæde atq; incendiis vastare cupi-
entem nos Consules perferemus ?

4. Per Congeriem. id est : Verborum
& sententiarum idem significantium
acerbum . Ut pro Lig: Quid enim tuus
ille , Tubero, districtus in acie Phar-
salica gladius agebat ? cuius latus ille
macro petebat ? qui seclusus erat armo-
rum tuorum ? quæ tua mens , oculi ,
manus , ardor animi ? quid cupiebas ?
quid optabas ?

C A P U T X I V . De Amplificationis materia .

1. *Ad amplificandum quenam potis-
simum valeant? Ha, quæ magna putan-
tur . Illa verò alia sunt magna natu-*

ꝝ Libri II. Pars II. ꝝ

74, alia magna usū.

2. *Magna naturā quæ sunt?*

1. *Cœlestia*, hoc est, quæ in cælo
sunt; ut Cometæ, fulgura, tonitrua,
tempestates. 2. *Divina*; ut oracula,
vaticinationes, responsa aruspicum.
3. Ea, quorum obscuræ sunt causæ, ut
terræ motus, terræq; hiatus, insoliti
strepitus, monstra, prodigia, por-
tentæ, defæctiones solis, & lunaæ,
præter consuetudinem. Sic Cic: de
Arusp: Resp: Etenim hæc Deorum im-
mortalium vox, hæc pœnè oratio ju-
cunda est, cum ipse mundus. cum agri
terræq; motu quodam novo contremi-
scunt, & inusitato aliquid sano incredи-
biliq; prædicunt. Et pro Mil. Nec vero
quisnam aliter arbitrari potest: nisi qui
nullam vim cœlestem existimat, numen
ve Divinum, quem neq; imperii vestri
magnitudo, neq; sol ille. nec cœli,
& signorum motus, nec vicissitudineq;
rerum, atq; ordines movent. Est, est
profectio illa vis: neq; in his corporibus,
atq; in hac imbecillitate nostra inest
quiddam

33 de Amplificat: materia 33 66
 quiddam , quod vigeat , & sentiat: &
 nos inest in hoc tanto naturæ , tam
 præclaro motu ; nisi fortè idcirco
 non putant , quia non apparet , nec
 cernitur .

3. *Magna usu generatim quæ ?*
Quæ videntur hominibus aut vehementius prodeesse , si retinentur , & observantur , aut obesse vehementius , si omittantur , & negligantur .

4. *Magna usu speciatim quæ sunt ?*
Charitas , quæ etiam alio nomine dicitur pietas , & observantia , quâ Deū , ac superos , patriam , parentes veneramur . Ea , quæ est in Deum , melius Religio dicitur . In parentes , & patriam , pietas . Res autem magnæ . quæ ad patriā sive ad Reip: statū pertinent , testis Arist: 2, Rhet. Sunt: Veſtigalia , bellum , pax , custodia regionis . Ea , quæ importantur . & exportantur , ut legum latio : amor ; qui minus quidam est , quam charitas : & vel maximè ostenditur in fratres , conjuges . liberos , familiares , amicos . &c:

00050317
XXX Libri III. Pars I. XXX
Honestas virtutis, non omniū quidem,
sed earum præcipue, quæ ad commu-
nionem hominum, & liberalitatem va-
lent. Ut: justitia, beneficentia, quæ
idcirco ab Aristotele dicuntur alienæ.

EPITOME RHETORICES. LIBRI III. PARS I. De Elocutione.

CAPUT I. De Elocutione generatim.

1. *Elocutio quid est?* Est id oaeorū
verborum, & sententiarum ad res in-
ventas, & dispositas accommodatio;
ut dictum in proœmio, sive ut Cœs
Lib: III: de Or: Eloqui est, ea, quæ
inveneris, idoneis verbis ac sententiis
perpolire, & exordare.

2. *Elocutionis partes quæ sunt?*
Ima. *Elegantia, hoc est: Latino, &*
explanatè

33 de Elocutione gener: 33 67
 explanatè dicere . Latinè, ut vitentur
 solæcismi, & barbarismi . Explanataz
 hoc est aperte , & dilucide : verbis
 scilicet , dicendiq; formulis usitatis &
 propriis .

2da. Compositio . hoc est verborum
 construclio , quæ facit omnes partes
 æqualiter fluentes , & perpolitas , fu-
 giendo crebras vocalium concursiones,
 quæ vastam , atq; bisuntem orationem
 reddunt . Ut: *Bacca Enea amenissime*
impendebant . Et vitando ejusdem lit-
 teræ affiduitatem nimiam . ut: *tite* ,
tute , *toti* . c: g: *tibi tanta tyranne tu-*
listi . Imo ejusdem verbi . Ut cum
 omnis rationis ratio non exstet , ei
 rationi non est ratio , fidem habere .
 Et non utendo similiter cadentibus . ut:
flentes , *plorantes* , *lacrymantes* , *ob-*
testantes . &c. Effugiendo alia bujusmodi
 vitia, de quibus consule Grammaticos ,

3ta Dignitas . Quæ reddit or-
 natam orationem varietate distinctam .
 Hæc autem in verborum . & sen-
 tentiarum exornationem dividitur .
Verbo-

LIBRI III. PARS I.

Verborum exornatio constitit: In ipsius sermonis elegantia, & perpositione. At sententiarum, non in verbis, sed in ipsis rebus quandam habet dignitatem. Iam verborum exornatio partim tropis, partim figuris verborum continetur.

C A P U T II.

De Tropis generatim.

1. *Tropus quid est?*

Verbi, vel sermonis a propria significacione in aliam cum virtute ac dignitate, (hoc est ad addendum orationi pondus, ac venustatem conciliandam) translatio; ut cum dicimus, *lata segetes*; verbum: *lata*, a significacione propria, qua homines latos dicimus, ad segetes cum virtute seu venustate transferuntur, quæ quidem segetes latæ vere esse non possunt.

2. *Tropi in uno verbo quot sunt?*

Septem: Metaphora, Synecdoche, Metonymia, Antonomasia, Onomatopæia, Catachresis, Metalepsis.

De Tropis in Verbo 68

3. *In pluribus verbis quo?*

Quinque : Allegoria , Ironia , Periphrasis , Hyperbaton, Hyperbole .

C A P U T III.
De Tropis in Verbo .

1. *Metaphora quid?* Ciceroni translation; est: cum vox aliqua transfertur a significatione propria ad alienam ob similitudinem aliquam . Ut: *Hic Italiā expergefecit terrore subito , incensus ira , ardens cupiditate . Item: Parientes hujus curiæ tibi gratias agere gestiunt . Cic: ad Cas:*

2. *Fontes metaphoræ qui?* Res omnes ex , a quibus similitudo duci potest . Quintilianus enumerat 4. nimirum : A vivente ad viventem . Ut ait Tit: Liv: Scipionem a Catone solitos allatrari 2do. A non vivente , ad viventem . Ut: *Flos juventutis . 3. A non vivente ad non viventem. Ut: Cic: Hic orationis vela contrahamus. Omnia vero nobilissima metaphoræ est 4 , a vivente*

33 Libri III: Pars I. 33

a vivente ad non viventem, cum scilicet rebus sensu carentibus, aërum quendam, & animum damus. Ut *Quis sensus erat armorum tuorum?* &c.

3. Metaphora vitiū quod est?

Similitudo a re humili, sordida, deformi petita. ut illa Tertul: metaphora, quā diluvium appellat: *natura generale lixivium*.

Item Vitium metaphoræ est, si rem nimium amplificat. ut si dicas: *Syrinx patrimonii, charybdim bonorum*. Quæ molliantur illis vocabulis: Ut ita dicam: -- *Quasi* -- *pand* -- si ita loquias est &c: ex: gr: Mortuo M. Catone pupillum, ut ita dicam, reliquum esse Senatum. Item Si sit poetica: ut si dicas cum Virgilio: *Volucres pennis remigare*.

Deinde docet Fabius: Id in primis est custodiendum, ut quo ex genere translationis cæperis, hoc desinas: multi enim cum initium a tempestate sumperint, incendiō, aut ruina finiunt, quæ est inconsequentia rerum fædissima.

de Tropis in Verbo 69

4. *Synecdoche*. Hoc est intellectio, cum vel res tota ponitur, & pro parte intelligitur: ut *Mucrones a jagulis vestris rejecimus*. Vel pars pro toto: ut: si ei, qui vestitum, aut ornatum sumptuosum ostentet, dicas: *Ostentas mihi divitias tuas*, Vestitus ille est solum pars divitarum, aliter non est dives. Vel unus ponitur, & pro pluribus intelligitur. Ut: *Pbano Hispanus auxilio fuit*. Vel plures pro uno, ut: *populo imposuimus*; hoc est: ego populo imposui. Et *Oratores visi sumus*, hoc est: ego orator visus sum. Vel materia pro re facta: Ut *ferrum pro gladio*. Vel genus pro specie. ut *ales pro aquila*.

5. *Metonymia*. Ciceroni *Denominatio*, quæ a propinquis finitimisq; rebus trahit orationem. Cum scilicet vel *per causas effecta declaramus*, rerum nempe autores, aut inventores usurpando pro rebus ipsis inventis, aut factis. Ut: Cererem pro pane, Bacchum pro vino; ut: *leditavi Platone*, *Demosthe-*

3 Libri III. Pars I. 3

Demosthenem audivi. Vel per effecta causas; Ut: insolens, & superba victoria; Victoria per se neq; superba, neq; insolens est, sed insolentes & superbos victores efficit. Vel cum per id, quod continet, declaramus contentum. Ut illas omnium doctrinarum inventrices Athenas. *Athenas pro Atheniensibus.* Vel cum ex possessore res possessa; ut expilare socios, id est: eorum fortunas deripere. Vel cum ex Duce, aut imperatore ejus exercitus, aut classis; ut Alexander totum orientem armis subegit. Vel cum ex signo rem ipsam significatam; ut: togam & fasces pro magistratu. Vel cum instrumentum pro eis, qui illo utuntur. Ut Romana arma universum orbem subjecerunt. Vel cum ex adjuncto rem ipsam subjectam; ut: Quas res luxuries in flagitiis, crudelitas in suppliciis efficere potuit. &c. *Id est homo luxuriosus, crudelis.* Homo est res subiecta, luxuries, & crudelitas est quid adjun-

de Tropis in Verbo 70
adjunctum homini.

4. *Antonomasia*. Id est : *Pronominatio*, quæ aliquid aliud pro nomine ponit, sive ut alii volunt : Cum aliquod nomen alicui personæ vel rei tribuitur per excellentiam ; id est fit : *Vel usurpando nomen appellativum loco proprii* ; ut : *urbs*, pro *Roma*. *Romanæ eloquentia* Pater. id est : *Cicero*. *Vel usurpando nomen proprium pro appellativo*, ut : *alter Alexander*, pro *strenuo bellatore* : Huc referunt aliqui *Epitheton*, quod non ponitur pro nomine, sed solum apponitur : quod tunc *egregium* est, cum addit ad rem significatam ; ut : *scelus exerandum*, *vinum savissimum*; vel cum est *translatum* ; ut : *Cupiditas effrenata* :

5. *Onomatopæia*. Hoc est *nominis fictio*, quæ sonum vocis imitetur ; *Us* *Sibillare*, *rugire*, *sridere*, *pipillare*, *mugire*.

6. *Catachresis* Hoc est *abusio*, quæ verbo simili & propinquō pro certo utitur ; Ut : *parricida pro eo*, qui *fratrem*

3 Libri III Pars I.
fratrem , vel sororem interfecit .
7. *Metalepsis* . Poëtarum est .

C A P U T IV.

De Tropis in pluribus Verbis .

1. *Allegoria* . Hoc est *permutatio* , sive *inversio* , cum aliud verbis , aliud sensu ostendimus ; seu : cū plures translationes confluunt in unam sententiam Ut: in *Pisonem* Cic: Neq; tam fui timidus , ut qui in maximis turbib; ac fluctibus Reipub: navem gubernassem , salvamq; in portu collocassem , frontis tuæ nubeculam , aut collegæ tui contaminatum spiritum perborrescerem . Alios ego vidi ventos , alias profpexi animo procellas ; aliis impendentibus tempestatibus non cessi , sed unum me pro omnium salute obtuli .

2. *Allegoria species qua?*
Ironia . hoc est : *conversio* , & *dissimulatio* , quæ significat contrarium ei , quod dicitur . Ut Cic: in *Clod.* Integritas tua purgavit . Item pro Mil: Sed stulti sumus , qui Drusum , qui Afric

Eg de Trop: in plur: Ver: 71
canum , Pompejum. nosmet ipsos cum
P· Clodio conferre audeamus Tolera-
bilia fuerunt illa: Clodii mortem a quo
animo ferre nemo potest , luget sena-
tus , maret auctor ordo ; tota civi-
tas confusa senid est. squalent munici-
pia , afflictantur coloniae , agri deniq;
ipsi tam beneficium , tam salutarem ,
tam mansuetum civem desiderant ,
&c. **E**nigma quô Poëtz non Oratores
utuntur . 3. *Adagium*, seu paroemia .
hoc est dictum celebre. ut: Mali corvi
malum ovum . *Ethiopem lavas* . &c.

3. *Periphrasis* . Hoc est : *circuatio* ,
Sive oratio rem simplicem circumscri-
bens elocutione. Ut: Scipionis provi-
dentia Carthaginis opes fregit . Po-
tuerat dici simpliciter sic: *Scipio Car-*
thaginem fregit .

4. *Hyperbaton*, hoc est . *Transgres-*
sio . Est tropus , quando perturbatur
ordo verborum . Ut: *Quibus de rebus -*
& orationem in duas divisam esse par-
tes . &c:

5. *Hyperbole* , seu *superlatio* : Est :
Oratio

¶ Libri III. Pars I. ¶

Oratio superans veritatem , alicujus augendi , vel minuendi causā . Ut Vomens postridie frustis esculentis , gremium suum , & totum tribunal implavit.

C A P U T V.

De Figuris generatim.

1. *Figura quid est ?*

Es coformatio quædam verborum , & sententiærū à communi ratione loquendi remota ; *Differt a Tropis*, quod propriis verbis constare possit , tropus vero non .

2. *Figurae quotuplices sunt ?*

Duplices verborum scilicet , & sententiarum : Figura Verborum sunt : per adjectionem . per detractionem , per similitudinem .

3. *Figura per adjectionem quenam ?*

Repetitio . Cum ab eodem verbo saepius inchoatur oratio . Ut: Nihil agis , nihil moliris , nihil cogitas . Item . Vobis istud attribuendum , vobis habenda gratia , vobis res ista erit honori .

De Figuris generatim 72

4. *Conversio repetitioni contraria*, quando saepius eodem verbo finitur oratio. *Ut*: *Poenos populi R. justitiam vicit, armis vicit, liberalitate vicit.* *Istem*: *Doletis tres exercitus populi R. interfertos?* *interfecit Antonius, desideratis clarissimos cives?* *eos quoque vobis eripuit Antonius; auctoritas hujus ordinis affixa est?* *affixit Antonius.*

5. *Complexio*, quæ repetitionem, & conversionem complectitur. *Ut*: *Qui sunt, qui fædera ruperunt?* *Carthaginenses, qui sunt, qui crudele bellum in Italia gererunt?* *Carthaginenses.*

6. *Conduplicatio*. hoc est verborum geminatio, quæ habet interdum vim, interdum leporem. Fit autem vel iterando statim. *Ut*: *Vivit, vivit.* Vel idem ad extremum referendo. *Ut*. *Multo graves dolores inventi parentibus, propinquis multis.* Vel unum verbum bis ponendo non in eadem sententia. *Ut*: *Principum dignitas erat pene par, non par fortasse eorum, qui sequebantur.* *Vel repetendo*

¶ Libri III. Pars I. ¶
idem verbum posse aliquam interjectionē.
Ut. Bona (miserum me , consumptis
enim lacrymis tamen infixus animo hæ-
ret dolor) bona inquam Cn: Pompeij .

7. Traductio . Cum verba paululum
 immutata ponuntur; seu cum idem ver-
 bum crebrius repetitur , ita tamen , ut
 non modo non offendat animum , sed
 etiam concinniorem orationem reddat.
Ut. Qui nihil habet in vita jucundius
vitā , is cum virtute vitam non potest
colere. Item: Eum tu hominem appellas,
qui si fuisset homo , nunquam tam cru-
deliter vitam hominis petiisset .

8. Synonymia . latine interpretatio,
 cum verba idem significantia sine con-
 junctionibus ponuntur ; **Ut: Abiit , ex-**
cessit , evasit , erupit .

9. Polysyndeton , Cum oratio est
 conjunctionibūs abundans ; sive cum
 eadem conjunctio frequenter repetitur.
Ut: Et justitiā , & temperantiā , &
fortitudine , & prudentia , & religio-
ne , & cæterarum virtutū laude floruit .

10. Gradatio . Cum gradatim ascen-
 ditur

Ex de Figuris generatim 73
 ditur repetendo dicta. Ut: Africano
 virtutem industria, virtus gloriam,
 gloria simulacrum comparavit.

Quoniam per detractionem?

ii. *Dissolutio*. Cum sine coniunctionibus plura dicuntur. Ut: Populus R.
 Numantiam delevit, Carthaginem su-
 stulit, Corinthum disjecit.

12. *Adjunctio, grecè zeugma:* quando
 ad unum verbum plures sententiae refe-
 runtur, quarum unaquaque illud desi-
 deraret, si sola poneretur, illudque ver-
 bum vel in principio, vel in medio,
 vel in fine ponitur. Ut: Vicit pudorem
 libido, timorem audacia, rationem
 amentia.

13. *Disjunctio, adjunctio contra-
 ria, cum eorum, de quibus dicimus,
 unumquodque suo clauditur verbo.* Ut: Me
 à litteris nullo unquam tempore aut otium
 abstraxit, aut voluptas avocavit, aut
 somnus retardavit.

Quoniam per similitudinem?

14. *Anominatio, grecè parenomasia*
 Cum paululum immutatis verbis in

¶ Libri III. Pars I. ¶
 aliam sententiam deflectitur oratio.
*Ut: Magister ejus ex oratore factus est
 arator.*

15. *Similiter cadens*, cum in eosdem casus verba cadunt. *Ut: Quantâ innocentia debent esse imperatores*, quanta temperantia, quanto ingenio, quanta humanitate. *pro Leg: Man:*

16. *Similiter desinens*, Cum singula membra eundem sonum in fine referrunt. *Ut: Cum fana spoliârit*, cum tot homines innocentes morte cruciârit, cruce afficerit, cum prædonum duces acceptâ pecunia miserit. *in Ver:*

17. *Compar*. Cum orationis membra constant fere pari numero syllabarum. *Ut tantum bellum Cn: Pompejus extrema hyeme apparavit*, ineunte vere suscepit, mediaestate confecit.

C A P U T VI.

De Figuris Sententiârum.

1. *Figura Sententiârum quid est?*
Est exornatio quædam Orationis à com-

¶ de Figuris Sententiar. ¶ 74
 muni dicendi modo remota , quæ non
 in verbis , sed in rebus ipsis quandā habet
 dignitatem . *Diffrerat Figura verborū*,
 quod hæc tollitur ac deficit , si mutetur
 verbum ; figura vero sententiarum
 manet , quibuscunq; verbis uti volueris .

2. *Figurarum numerus qui?*
 Pœnè infinitus ; imo & de earū nominibus
 magna questio , nec inter omnes satig
 constat . Nos brevitati consulendo , eas
 missas esse duximus selectioribūs cōtentī .

3. *Interrogatio . Quæ non sciscitandi*
gratiā adhibetur , sed vel instandi . ut
in Cat: Quousq; tandem abutere Catilina
patientia nostra ? &c. Vel urgendi
causā : Ut ibidem : Patere tua consilia
non sentis ? conjurationem tuam non
vides ? Quid proxima , quid superiore
nocte egeris ? ubi fueris ? quos convo-
caveris ? quid consilij ceperis , quem
nostrū ignorare arbitraris? Vel invidia
causā . Ut in Pisone : Iamne vides
bellua? jam ne sentis? quæ sit hominum
quærela frontis tuæ ? Vel miserendi
causā , Ut pro Mil: (Me cum enim

ꝝ Libri III. Pars I. ꝝ

ſepiſſime loquitur) ubi nunc Senatus
eſt , quem ſecuti ſumus ? ubi Equites
Rom. illi , illi , inquit , tui ? ubi
ſtudia municipiorum ? ubi Italiæ voces ?
ubi deniqꝫ tua M. Tulli , quæ plurimis
fuit auxilio , vox & defenſio ? mihi
ne ea foli . qui pro te toties morti me
obtuli , nihil potest opitulari ? *Et infra-*
Quid me reducem eſſe voluisti ? an ut
inſpectante me expellerentur hi . per
quos eſſem reſtitutus ? Convenit etiam
indignationi interrogatio . Ut in Pis:
Meministi ne cænum ? cum ad te quinta
fere bora , cum C. Pifone veniſſem :
nescio quo e gurguſſio te prodire , in-
voluto capite , ſoleatum ? Convenit
admirationi . Ut pro Mil: Vos appello
fortiſſimi viri , qui multum pro Rep:
sanguinem effudiſſis: Vos - - Centurio-
nes : vosqꝫ milites , vobis non modo
inſpectantibus , ſed etiam armatis , &
hui c juſicio præſidentibus , hæc tanta
virtus ex hac urbe expelletur ? exter-
minabitur ? ejcietur ?

4. *Reſponſio . non illa rudiſ , & vul-*
garis

de Figuris Sententiar: 75
 garis , sed *Oratoria* , cum scilicet
 orator interrogando , ad aliud excur-
 rit , augendi criminis gratiâ , Ut
 v. g. An fustibûs vapulaſſi ? & inno-
 cens quidem . *Vel declinandi crimi-
 nis* ; ut : An hominem occidisti ? re-
 spondetur : latronem .

5 . *Subjectio* . Cum orator quasi ad
 interrogata ſibi ipſi responderet , Ut
pro Lege Man: Quid tam novum ,
 quam adolescentulum privatum , exer-
 citum difficulti Recip: tempore conſi-
 cere ? confecit ; huic præſeffe ? præ-
 fuit ; rem optime ſuo du&u gerere ?
 geſſit . Quid tam præter conſuetu-
 dinem , quam homini adolescenti ,
 cujus a Senatorio gradu ætas longe
 abeffet , imperium , atq; exercitum
 dari , Siciliam permitti , atq; Afri-
 cam , bellumq; in ea adminiſtrandum ?
 Fuit in iis provinciis singulari inno-
 centia , æquitate , virtute : bellum in
 Africa maximum confecit . viſtorem
 exercitum deportavit .

6 . *Exclamatio* . Eſt orationis el-
 a-

33 Libri III. Pars I. 33
 tio , & contentio ad urgendum re-
 perta , quæ interjectione quadam ex-
 pressâ , vel tacitâ motum animi vche-
 mentiorem efficit , reiq; magnitudinem
 exponit . *Ut pro Lig.* O ! clementiam
 admirabilem , atq; omni laude , præ-
 dicatione , literis , monumentisq; de-
 corandam !

7 . *Dubitatio* . Cum Orator dubitat,
 quid potius , aut quomodo dicat .
Ut pro Ros: amer : Quid primum
 quærar , aut unde potissimum exordi-
 ar , Iudices , aut quod , aut a quibus
 auxilium petam ?

8 . *Deprecatio* . Cum Orator judi-
 ces , aut auditores orat , ut suæ cau-
 sæ faveant . *sic pro Mil.* Quid re-
 flat ? nisi ut orem , obtestemq; vos
 iudices : ut eam misericordiam tri-
 buatis fortissimo viro , quam ipse non
 implorat .

9 . *Concessio* : Cum aliquid , etiam
 iniustum , videtur Orator concedere ,
 ut quæ deinde dicturus est , graviora
 videantur . *Ut in Ver: Levia sunt*

¶ de Figuris Sententiar: ¶ 76

hæc in hoc reo crimina : Metum virgarum Navarhus nobilissimæ civitatis pretio redemit: alius, ne condamnatur , pecuniam dedit : usitatum est . Non vult Populus Rom: obsoletis criminibus accusari Verrem , nova posuiait , inaudita desiderat ; Non de Praetore Siciliæ , sed de crudelissimo tyranno fieri judicium arbitratur .

10. *Antithesis Latiae contra positum* . Cum verba verbis , sententiaz sententiis opponuntur . *Ut in Catil.* 2. Ex hac parte pudor pugnat, illinc petulantia. &c: *Vide l: i. P: i. C: VII.*

11. *Communicatio* . Cum Orator fidens causæ suæ , cum auditore , vel etiam adversariis quasi deliberat . *Ut in Ver:* 2. Nunc ego vos consulō , quid mihi faciendum putetis . Id enim consilij profecto taciti dabitis , quod ego mihi necessario capiendum intellico .

12. *Correßio* . Cum Orator se ipsum quasi reprehendens corrigit , vel in uno verbo : *Ut pro Gallo O!* stultitia !

ꝝ Libri III. Pars I. ꝝ

tia ! stultitiamne dicam , an impa-
dentiam singularem ? Vel in multis
verbis , imo totam corrigendo sen-
tientiam , amplificationis gratia , &
Subjungendo majora . Ut : in Cat. i.
Quamquam quid loquor ? te ut ulla
res frangat ? tu ut unquam te corrigas ?
tu ut ullā fugā meditēre ? tu ut ullum
exilium cogites ? Utinam tibi istam
mentem Dij immortales donarent .

13. *Commutatio* . Id est contrarietas
sensūs cum verborum immutatione .
Ut pro Dejot. Fit in dominatu servit-
tus , in servitute dominatus .

14. *Suspiratio* . Cum Orator dīci-
one sua aliquandiu suspendit auditō-
rum animos incertos , quid dīcurus
fit , ac tandem inexpectatum aliquid
subjungit , augendi vel minuendi cri-
minis gratia . Ut in Ver. 7. *Quid de-*
inde , quid censetis , furtum fortas-
se , aut prædam aliquam ? tum multis
interiectis Etiamnum mihi expedare
videmini , Iudices . quid deinde fa-
cum sit ? Expectate facinus , quām
vultis

De Figuris Sententiarum: 77
 vultis improbum , vincam tamen ex-
 pectationem omnium .

15. *Anteoccupatio* . Cum Orator quæ ab adversario posset obijci , ipse sibi obijcit & refellit . Ut pro Arch: Quare quispiam , quid illi ipsi summi viri , quorum virtutes literis proditz sunt , istane doctrinâ , quam tu laudibus effers , cruditi fuerunt ?

16. *Hypotyposis* . latine *Descriptio* est oratio sic explicans locum , personam , actionem aliquam , ut cerni potius , & coram agi , quam narrari videatur . Ut in Ver: Ipse inflammatus scelere , & furore , in forum venit . Ardebat oculi ; toto ex ore crudelitas eminebat . Expe&tabant omnes , quo tandem progressurus , aut quidnam acturus esset ; cum repente hominem (Gavium Civem Rom:) corripi , atq; in foro medio nudari , ac deligari , & virgas expediri jubet . Clamabat ille miser se civem esse Romanum :

17. *Gradatio* . græce *Klimax* : est etiam figura sententiarum , cum Ora-

ꝝ Libri III. Pars I. ꝝ

tor dicta reperit, & priusquam ad aliud descendat, in prioribus moratur. *Ut pro Mil.* Neq; vero se populo solum, sed etiam Senatui tradidit: neq; Senatui modo, sed etiam publicis praefidiis, & armis: neq; his tantum, verum etiam ei potestati, cui Senatus totam Remp: omnem Italiz pubem, cuncta Populi Rom: arma commiscerat. Figura hæc dicitur etiam *incrementum latine, græcè auxesis quoties gradatim velut ab infimo ad summum perveniatur.* *Ut in Ver:* Facinus est vincere civem R: &c. *Supra fol:* 64. C: **XIII.**

18. Protopopaja. Seu ficta personarum indu&io; Cum absentes, aut mortuos, aut res inanimatas quasi loquentes inducit Orator. *ut in Catil:* Si me cum Patria, quæ mihi vitâ carior est, si cuncta Italia, si omnis Resp. sic loqueretur: M. Tulli quid agis?

19. Præteritio. Cum dicimus nos præterire, aut nescire, aut nolle dicere

De Figuris Sententiar. 78

id , quod tunc maximè dicimus . Ut pro Lege Mani: Itaq; nos sum prædicaturus , Quirites , quantas ille (Pompejus) res domi , militizq; , terrâ , mariq; ; quantaq; felicitate gesserit ; ut ejus semper voluntatibus non modo cives assenserint , socij obtemperârint , hostes obedierint , sed etiam venti , tempestatesq; obsecundârint ; hoc brevissime dicam , &c:

20 . *Optatio* . Cum Orator desiderat ea , quæ non sunt . aut jam esse non possunt . Ut Pibili . XI . Velleum Dij immortales fecissent , P. Consc: ut vivo potius Servio Sulpitio , quam mortuo honores optaremus .

21. *Conclusio* . Cum argumentum ratione concludit Orator . Pulcherrima est figura , si a repugnantibus ducitur . Ut pro Mil: Non potestis hoc facinus improbare , judices , quin simul judicetis . omnibus , qui in latrones inciderint , aut illorum telis , aut vestrîs Sententiis esse pereundum .

22 . *Apostrophe* . Cum Orator ad

¶ Libri III. Pars I. ¶

aliam personam , vel quasi personam , sermonem convertit , quam instituta oratio postulat . Ut pro Mil: Vos , vos appello. fortissimi viri &c; Su-
pra , fol 74 . Hæc figura potest in-
stitui ad res etiam inanimes , & sensu
carentes . ut ibidem . Vos enim jam
Albani tumuli , atq; luci , vos inquam
imploro , atq; obtestor , vosq; Alba-
norum obrutæ aræ , Sacrorum po-
puli Rom· sociæ , & zquales .

23. *Expositio. Sive Commoratio.* Cum Orator hæret commoraturq; in eadem sententia , ac multis variisq; modis versat eandem rem . Idq; vel unam rem pluribus vocabulis exprimens , &
tunc *Synonymia* , aut *interpretatio* dicitur . Vel cum plura membra ponuntur idem penè significantia : Ut pro Mil: Diem mibi credo indixerat , multam irrogarât , actionem perdu-
llionis intenderat .

24. *Epiphonema.* Rei narratæ , vel probatæ summa seu sententiosa accla-
matio : Ut pro Mil: Facere enim pro-
bus

de Figuris Sententiarum 79
 bus adolescens periculose . quam tur-
 piter perpeti maluit . Item lib: de
Senecl: Seneclutem , ut adipiscantur ,
 omnes optant ; eandem accusant ade-
 pti : tanta est inconsistancia , flulti-
 tia , atq; perversitas .

25. Inversio. Cum Orator in ad-
 versarium culpam confert hanc , quam
 ille obijcit reo: *Ut pro Lig: Habes igi-*
tur Tubero , quod est accusatori ma-
 xime optandum , confidentem reum ,
 sed tamen hoc ita confidentem : se in
 ea parte fuisse , quâ te Tubero:
 qua virum omni laude dignum patrem
 tuum . Itaq; prius de vestro delicto
 confiteamini necesse est : quam Liga-
 rij ullam culpam reprehendatis .

26. Licentia. Cum Orator liberius
 pronuntiat sententiam commonefaci-
 endi , objurgandi , excusandi vel
 etiam adulandi causa . *Ut Cic. in Ant:*
Vos enim (grave dictum sed tamen
dicendum) vos inquam P. C. Servi-
um Sulpicium vitâ privatis. Et pro
Marc: Pace dicam tua, nullam in his
offe

¶ Libri III. Pars I. ¶

esse laudem ampliorem , quam eam ,
quam hodie consecutus es .

27 . *Præmunitio* . Duplex est : alia
verborum , ut cum aliquod verbum
proferre volumus . sed veremur , ne
minus appositorum sit : Itaque quibusdam
remediis ut ait *Quint.* præmuniendum
est , ex: gr: *Ut ita dicam* , ut hoc verbo
utar , si fas est dicere , absit gloria .
&c: Sic: ad Brutum . Eum amorem ,
eo cum (ut hoc verbo utar) favorem
in consilium advocabo . Alia est
Præmunitio rerum . cum aliquid mi-
tigamus , quod nobis obesse posset ,
priusquam rem aggrediamur . *Ut in i.*
Verrina Cic: Causas affert , cur cum
ante defendere soleret , nunc ad accu-
sandum accedat . *Et pro Archia docet* ,
qua de causa novo dicendi genere
utatur .

28. *Sententia* . Quæ est generale pro-
nunciatum earum rerum , quas in agen-
do sequimur , aut fugimus . *Ut pro Mil:*
Populi grati est afficere benemeritos
de Rep: cives ; vici fortis , ne suppli-
cias

¶ de Figuris Senten: ¶ 80
 ciis quidem moveri , aut fortiter fe-
 cisse pænitentia .

29. *Transitio.* Quæ est nexus quidam
 orationis , vi cuius membra orationis
 concinnè secum cohærentia uolum
 quasi corpus efficiunt .

30. *Transitionis genera quot ?*
 Alia *perfecta* ; qua breviter monemus
 auditorem , quid dictum sit, & quid
 dicendum restat . Ut pro *Lege Manil:*
Quoniam de genere belli dixi , nunc
de magnitudine pauca dicam .

Alia *Imperfecta* , quâ alterum tantum
 exprimitur . Ut pro *Ros:* Age nunc
 illa videamus , judices , quæ consecuta
 sunt .

કુ) (૪૧) (કુ

LIBRI III. PARS II.

De Elocutionis parte secunda , &
tertia ; hoc est : De Elegantia ,
& compositione .

C A P U T I .

De Utraq; generatim .

1. *Compositio quid est ? Verborum constructio , quæ facit omnes partes æqualiter perpolitas .*

2 . *Elegantia quid est ? De Elegantia dictum est parte I. hujus libri III. n: II. Ad eam pertinent præceptiones de modis latinè loquendi , in quibus sita est Latini sermonis elegantia , quas collegerunt doctissimi viri . Ut S. Chrisogoni de sermone Latino , & modis latinè loquendi . Progymnasmata Francisci Sylvij ; Locutiones Epistolarum Ciceronis ab Aldo Manutio selectæ ; his & cæteris librîs legitandis comparari potest Elegantia Latinî*

Latini sermonis. Sed multo maxime, si quis nocturna diurnaque manu extatis aureæ verset libros classicorum Auctorum; præ omnibus autem M. Tullij Cic: Orationes, de quo Quintilianus: *Ille se multum profecisse credat, cui Cicero valde placuerit.* In his lexitandis oportet ea, quæ noctu digna sunt, excerpere, & diligenter transcribere, ut tanquam succus, & sanguis, veluti per totum corpus Latini sermonis puritas diffundatur.

3. *Compositionis partes quæ sunt?*
Ordo, junctura, Periodus, Numerus. Sed cum junctura videatur pertinere potius ad Elegantiam, hinc dicemus tantum de tribus reliquis breviter.

C A P U T II.

De Ordine.

1. *Ordo quotplex?*

Alius dignitatis. Cum id cavemus, ne decrescat oratio, & ne fortiori subjun-

00050317
¶ Libri III. Pars II. ¶
sub jungatur aliquid inferius. Ut si
dicas: *Sacrilegus*, *fur*, *Potius quam:*
fur sacrilegus. Et: *latro*, *arrogans*,
petulans, *potius quam: arrogans*,
petulans, *latro*. Imo augeri debent
sententiaz, & insurgere; ut Cic:
Phil. II. Tu istis faucibūs, istis la-
teribūs, ista gladiatoria totius cor-
poris firmitate: &c. Non bene ca-
pisset, si dixisset: tu gladiatoria to-
tius corporis firmitate, tu istis late-
ribus, istis faucibus.

2. *Alius Naturalis*. Dum quod
naturā antecedit, prius dicitur, quam
quod consequitur. ut v. g. Viros &
feminas; diem & noctem, ortum &
occasum; quanquam Cic: habet etiam:
noctes, dies. Neq; enim leges istaz
sunt nimis accurate tenendaz, atq;
servandaz.

3. *Alius grammaticus*. Sed hæc
pars compositionis etiam ad *Elegantiaz*
regulas pertinet.

C A P U T III.
De Periodo generatim .

1. *Periodus quid est?* Aliter: circuitus, ambitus; est oratio brevis, & absoluta, quæ certis partibus, sive membris à se invicem pendentibus, & quodam quasi vinculo connexis numerosè comprehenditur.

2. *Partes Periodi quæ sunt?*
Membrum, seu *Colon* græcè; quod est pars periodi, continens sensum aliquem, sed suspensum & imperfectum. Ut Philip: i. Antequam de Repub: P. C. dicam ea, quæ dicenda hoc tempore arbitror: *Hujus Ciceronis sententia sensus est suspensus, & imperfectus, donec perficiatur hoc sequenti membro: exponam vobis breviter consilium & profecionis, & reversionis meæ.*

3. *Et Incissum, seu Comma, quod est pars membra.* Ut v. g. *Nihil est,*

mihi

00050317
Libri III. Pars II. mihi crede ; virtute formosius , nihil pulchrius, nihil amabilius. Ex his 3bus incisis unum membrum efficitur .

4. Membratim dicere quid est ? Cum in singulis membris insit oratio , neq; est in periodum illigata . Ut pro Mil: Itaq; quando illius postea fica illa , quam a Catilina acceperat , conquievit ? hæc intentata nobis est : huic ego vos obijci pro me non sum passus : hæc insidiata Pompejo est : hæc istam Appiam viam monumentum sui nominis necc Papirij cruentavit : hæc eadem longo intervallo conversa rursus est in me : super quidem ut scientis me ad regiam penè confecit .

5. Incisum quid ? Cum in singulis Incisis insit oratio . Ut in Catil: Tenentur litteræ , signa , manus , deniq; uniuscujusq; confessio. Aliud exemplum infra fol: 84. in Pis: Non enim nos &c.

C A P U T IV.

De Periodis speciatim .

1 . *Periodus quotplex?* Præcipuae sunt i. *Monocolos* seu ; *unimembri* , quæ unum tantum membrum habet , *U. v. g.* Nullum est officium referenda gratia magis necessarium .

2 . *Dicolos* , seu : *Bimembri*s , quæ duobus membris continetur , *Ut pro M. Marcello* : Vidi^m tuam victoriā Cæsar , præliorum exitu terminatam : gladium vaginā vacuum in urbe non vidimus ?

3 . *Tricolos* seu *Trimembri*s , quæ tribus membris constat . *ut pro Lege Man:* Nam cum antea per statuētum hujus authoritatem loci contingere non auderem : statueremq; nihil huc , nisi perfectum ingenio , claboratum iudicari afferri oportere : omne meum tempus amicorū temporibus transmitendum putavi .

4 . *Tetracolos* , seu *Quadrinembris*

ꝝ Libri III. Pars II ꝝ

bris . quæ quatuor . Et hæc plena, ac perfœcta est . atq; aurem implet , ut ait Cic: sic in Orat: pro Cæcina : Si quantum in agro , locisq; desertis audacia potest , * tantum in foro , atq; judiciis impudentia valeret, * non minus in causa cederet A. Cæcina sex: Æbutij impudentiz . * quantum in vi facienda cessit audaciz . Quod genus periodi vult Cic: quasi 4. hexametris constare.

5. Sunt etiam periodi constantes 5 , & 6 , & 7 . membris , ita tamen , ut nihilominus orbe quodam , & circuitu conclusa feratur oratio . Ut pro Arch: Si quid est in me ingenij , judices , quod sentio quam sit exiguum ; aut si quæ exercitatio dicendi , in qua me non inferior mediocriter esse versatum ; aut si bujusc rei ratio aliqua ab optimorum artium studiis , & disciplina profœcta , a qua ego confiteor nullum ætatis meæ tempus abhorruisse , earum rerum omnium vel in primis hic Au-
Jus Licinius fructum à me repetere prope suo jure debet .

B de Periodis Speciatim 84

6. Periodicè dicere quid & quando? Periodicè idem est, quod periodo pleniori & rotundiori, tunc dicendum, cum res copiosa est, & amplificanda; vel quando genus dicendi svave, & temperatum tractamus; ut in genere Demonstrativo. In eo ipso tamen cavendum est, ne similiter desinant periodi, ita ut satietatem pariant. Econtrario, cum arguimus, refellimus, invechimur. narramus, dividimus. sæpe memoratim & incisim dicendum. Ut in Pisone*m* invechitur Cicero.

Non enim nos color iste servilis, non pilosæ genæ. non dentes putridi deceperunt: oculi, supercilia, frons, vultus denique totus, qui sermo quidam tacitus mentis est, hic in errorrem homines impulit: hic eos, quibus erat ignotus, decepit, fefellit: in fraudem induxit: pauci ista tua luctuenta vicia noveramus: &c.

7. Quo pacto confienda periodus? Vel maximè beneficio particularum,

Libri III. Pars II. 33
 per quas suspenditur sensus membrorum . donec tota perficiatur periodus . Id autem fit duplii fere modo : imo: Adhibitis particulis relativis, dilatanda est proposita Sententia sola prothasis & apodosis in membra , quotvis .

Porro nomine *Prothasis* significatur pars universalis Sententiarum propositarum, seu pars habens latiorem significationem, & ea pars ordinariè prius dilatanda, & ponenda in periodo, ut ex illa quasi fluat *Apodosis*, seu altera pars particularis ejusdem sententiae.

Exemplum. sic Cic: hanc Sententiam *Vestra in me beneficia nemo potest enumerare dicendo adhibitis particulis relativis istis : quæ , qui , quod . non , sed . dilatavit prothasim, scilicet : nemo potest: in unum membrum , & in alterum apodosum, scilicet : enumere dicendo .*

Quæ tanta potest existere ubertas ingenij , quæ tanta dicendi copia , quod tam divinum atq; incredibile genus

de periodis Speciatim 85
 genus orationis , * (Prothasis) quo
 quisquam possit vestra in nos
 universa promerita non dicam com-
 ple&i orando , sed percensere nu-
 merando ? (apodosis) post redit: in
 sensa :

Item illam: *Res optanda* & neces-
 saria accidit: adhibitis particulis istis:
Quod , id : dilatavit prothasim , scilicet :
res optanda , in duo membra ,
 in 3tium vero apodosim , scilicet ;
 accidit .

*Quod erat optandum maximè judi-
 ces , * & quod &c. vide fol: 44 .*

8. Secundo modo : adijcienda est
 ratio propositæ Sententiaz , quæ ple-
 rumq; collocatur in prothasi , & Sen-
 tentia venit pro apodosi .

Exemlum . En Cic: hanc Sente-
 tiam: *Caput meum objeci multis peri-
 culis . adje&a ea ratione : quia ba-
 neftatem & laudem expetendam ma-
 ximiè . & persequendam omnimodo.
 persuasum sibi habui : adhibitis par-
 ticulis ; nisi , nihil , nisi , nunquam .*

ꝝ Libri III. Pars II. ꝝ

Sic dilatavit in trimembrem periodum.

Nisi multorum præceptis, multisq; literis mihi ab adolescentia svassissem, nihil esse in vita magnopere expetendum, nisi laudem. atq; honestatem; (1. membr) in ea autem persequenda omnes cruciatus corporis, omnia pericula mortis; atq; exilii parvi esse ducenda, (2. mem: prothasis) nunquam me pro salute vestra in tot, astantias dimicationes, atq; in hos profligatorum hominum quotidianos impetus objecissim (3. mem: apod:)

9. *Observa: quomodo dilatet Cic: illud: persuasum? item: persequendam omnimode? quod est ratio & protasis; tandem illud: periculis multis?*

In Primo etiam exemplo illud: *nemo potest. tandem illud: enumerare dicendo. Et in 2do exemplo illud: res optanda, & necessaria. deinde illud: accidit:*

Vide etiam, quod posset intermitti uum membrum hoc: in ea autem persequenda &c: & esset bimembris,

De Periodis Speciatim 86
nisi quod minus rotunda periodus

10. *Hujusmodi particulae quænam?*
Quæ habent secum quandam affinitatem, correlationemq;. Et sunt:

Comparativa: quibus comparatio instituitur. ut: *Tantum, quantum;* *Talis, qualis;* *Eo major, quo;* *quemadmodum, sic.*

Distributiva: ut: *Sive, aut,* *vel, neg;* *bis aut ter repetitæ,* *primum,* *deinde,* *postremo,* *cum,* *tum.*

Conditionales: ut: *Si, siquidem,* *nisi, tunc.*

Causales: ut: *Quoniam, proinde,* *quemadmodum, ita,* *cum,* *tum.*

Augentes: ut: *non solum,* *sed etiam,* *adeo,* *ut.*

Pugnantes: ut: *Etsi, quamvis,* *iamen,* *quanquam,* *nihilominus.*

Relativa: ut: *Qui, quæ, quod,* *is, ea, id:* Plures hujusmodi particulas suppeditabit librorum lectio.

Exemplum: Tu istis faucibus &c:
vide fol: 64. in altera parte. post
quod sequitur: O! rem non modo visu

ꝝ Libri III. Pars II. ꝝ

fædam , sed etiam auditu ! Si inter
cænam , in immanibus illis tuis pocu-
lis, hoc tibi accidisset, quis non turpe
diceret ? in cætu verò populi Rom:
negotium publicum gerens . Magister
Equitum , cui ruſare turpe esset , is
vomens fruſis eſculentis , vinum re-
dolentibus , gremium suum , & to-
tum Tribunal implevit . *Philip:* 2.

*Aliud : Qua vociferatione in cæ-
teris judiciis accusatores uti conſue-
verunt . ea nos hoc tempore utimur ,
qui caufam dicimus : Petimus abs te
M. Fanni , a vobisq; judices , ut
quàm acerrime maleficia vindicetis :
ut quam fortissimè hominibus auda-
cissimis refutatis : ut hoc cogitetis ,
niſi in hac caufa , qui vester animus
ſit , ostendatis , eò prorumpere homi-
num cupiditatem & scelus , & auda-
ciam . ut non modo clam , verum
etiam hic in foro . ante tribunal tuum
M. Fanni , ante pedes vestros judi-
ces , inter ipsa ſubſellia cædes futuræ
ſint . pro Rofc: Amer .*

de Periodis Speciatim 87

Vide alia exempla fol. 43. & 44
ubi de fontibus exordiorum.

ii. *Quo artifitio dilatanda periodus?*
Consule caput XI. & XII. a fol: 61.
ubi de amplificatione verborum, &
serum. Dilatanda vero est (ut dixi)
propositæ Sententiaz prothæses & apo-
dosis tum per verba: *illustria*, *gra-*
via, *plena*, &c: tum per definiti-
ones *conglobatas* &c. ut ibidem.
Addo bic per omnes locos Oratorios
potest dilatari periodus, ac potissi-
mum per enumerationem partium.

12. *Exemplum.* Ex hac sententia:
Omnia mihi bona reddidisti. Mihi
fratrem optatissimum, me fratri aman-
tissimo, liberis nostris parentes, nobis
liberos, dignitatem, ordinem, for-
tuas, amplissimam Remp: Patriam,
quæ nihil potest esse charius, deniq;
nosmet ipsos nobis reddidisti. *post*
red: in Sen:

Aliud exemplum fol: 71. Clodii
mortem æquo animo ferre nemo potest:
&c: ubi dilatat vocem illam: *omnes*

Libri III. Pars II.

lūgent Clodium.

13. Per verborum aut sententiarum idem, sed cum majori emphasi, significantium, congeriem.

Exemplum verborum vide fol: 61.
Non enim furem &c. Sententiarum fol: 65 Quid enim tuus &c. Item fol: 84. Quæ cuncta &c.

14. Per auxesim, seu incrementum.

Exemplum fol: 64. Facinus est &c. Item fol: 86. Qua vociferatione &c.

15. *Ipse periodi quō connectendae secum?* Particulis his præsertim:
Atq; ego quidem: Et vero: Quæ cum ita sint: Itaq;: Nam cum: Ac primo quidem: Enim vero: Neḡ vero: Quin etiam: Igitur: Quam ob rem ergo: Quid quod: Addo quod: Accedit & illud: & aliæ plurimæ, quas usus frequens, ac lector docebit.

Exemp: Etsi Quirites, non est meæ consuetudinis, initio dicendi rationem reddere, qua de causa quæque defendam, propterea quod cum omnibus civibus in eorum periculis, semper satis ju-

E de Periodis Speciatim **E** 88

stam mihi causam necessitudinis esse
duxi : tamen in hac defensione capi-
tis famæ , fortunarum omnium C.
Rabirij , proponenda ratio videtur esse
officij mei : propterea quod , quæ ju-
stissima mihi causa ad hunc defenden-
dum esse visa est , eadem vobis ad ab-
solvendum debet videri .

2 . *Nam* me cùm amicitiæ vetustas ,
tum dignitas hominis , tum ratio hu-
manitatis , tum meæ vitæ perpetua
consuetudo , ad C. Rabirium defen-
dendum est adhortata : tum vero , ut
id studiosissimè facerem , salus Reip:
consulare officium , consulatus deniq;
ipse , mihi unà vobiscum cum salute
Reip. commendatus , coegit . 3 *Non*
enim C. Rabirium culpa delicti , non
invidia , vitæque turpitudo , non de-
nique veteres , justæ . gravesque ini-
micitiæ civium , in discrimen capi-
tis vocaverunt : sed ut illud summum
auxilium majestatis , atque imperij ,
quod nobis à majoribus est traditum ,
de Rep: tolleretur : ut nihil post hac

¶ Libri III. Pars II. ¶
au&oritas senatus , nihil consulare
imperium , nihil consensio bonorum
contra peccatum , ac perniciem civitatis
valeret : idcirco in his rebus ever-
tendis unius hominis sene&us , in fir-
mitas , solitudoque tentata est .

4 Quamobrem , Si est boni consulis,
cum cuncta auxilia Reip: labefactari ,
convelliq; videat, ferre opem patriæ ,
succurrere saluti , fortunisq; commu-
nibus , implorare civium fidem , suam
salutem posteriorem salute communi-
ducere : est etiam bonorum , & for-
tium civium , quales vos omnibus
Reip. temporibus extitisis , interclu-
dere omnis seditionum vias , munire
præsidia Reip. summum in consulibus
imperium , summum in senatu consi-
lium putare : ea qui secutus fit , lau-
ude potius , & bonore , quam pœna ,
& suppicio dignum judicare .

5 . Quamobrem labor in hoc defen-
dendo , præcipue meus est : studium
verò conservandi hominis , commune
mihi vobiscum esse debet . Sic enim
existi-

De Periodis Speciatim existimare debetis , Quirites : &c.
Pro C. Rabirio .

C A P U T V.

De numero Oratorio .

1. *Numerus oratorius quid?*
Rithmus ab Aristotele appellatur , & est . Harmonia quædam non exquisita , atq; canora , qualis est pōēmatum . & canticorum , sed ita dissimulata . & latens , ut tamen sentiatur , & aures voluptate permulceat .

Exemplum . Svavissima est hæc aribus Ciceronis periodus : Nulla est tanta vis , tantæ copia , quæ non ferro , ac viribus debilitari , frangig; possit . quam si inverso dicas ordine v. g. Sic: Nulla est vis tanta , & copia tanta , quæ non possit debilitari , frangig; viribus , ac ferro : omnis peribit svavitas .

Item hæc altera venustissima : Te miror , Antoni , quorum facta imitare , eorum exitus non perhorrescere .

33 Libri III. Pars II. 33

Amitte venustatem, si dicatur: Te Antoni miror, non perhorrescere eorum exitus, quorum imitare facta.

2. *Quo pacto numerosa fiet periodus?*
Alteratione, & temperatione brevium ac longarum syllabarum ita, ut nec brevium copiâ celerior feratur oratio, nec longarum multitudine retardata languescat. *Ex exemplum Cic: ad Cæarem.* Domusli gentes immanitate barbaras, multitudine innumerabiles, locis infinitas, omni copiarum genere abundantes.

3. *Pedes quinam in initio decent?*
Creticus - v - ut Neminem vestrum ignorare arbitror. Pæon prior - vvv.
ut: At beneficio sum usus tuo. Bachius: v - - . ut: *Vehebatur in Rheda:* Dichoreus - v - v: ut: *Non enim potest natura.*

4. *In medio qui?* Maxime pæon primus - vvv. ut: *Vincat aliquando cupiditas.* Et pæon quartus, vvv - . ut: *potuit hæc aliquardo.* Et alij.

5. *In fine qui?* Creticus - v - . &

3 de Numero Oratorio 3 90

Dichoreus. - v - v. ut: *Cum exercitu*
victoria conveneratis. Creticus du-
 plex - v - - v - ut: *in communione*
tuorum temporum contulit. Creticus
 triplex, ut: *perpeti turpiter maluit.*
 Creticus & Daetius - v - - vv: ut:
Moribus consonet: Tribrachis, &
 Spondeus vvv - - ut: *esse videantur.*
 &c: &c: Hæc omnia tamen potius au-
 rium judicio, & orationis sono me-
 tiri oportet, quam ut in his observati-
 onibus nimis accurata, & minuta di-
 ligentia esse debeat. Et cavendum
 semper, ne versus efficiatur.

LIBER QUARTUS

De diversis orationum sive cau- sarum generibus.

P A R S I.

De Genere Demonstrativo

C A P U T I.

De eo generatim.

1. Orationum genera quot sunt?
 Tria: Demonstrativum, græcè Epi-
 dicticon

B Libri Quarti. Pars I. B
 dicticon , & etiam panigyricos dictū,
 quia in publicis conventibus panigyris
 a Græcis nuncupatis , hujus generis
 orationes habebantur . Deliberativum:
 & Judiciale . Tametsi hæc fere semper
 permista sunt , nam qui accusat , vitu-
 perat , idemq; dissuadet . Qui defendit
 autem , sæpe & laudat , quem defen-
 dit . Laudandi autem partes sibi su-
 mit nonnunquam etiam svasor . Imo &
 dissuasor , ac nonnunquam etiam ipse
 accusator .

2. *Genus orationis Demonstrativum*
quid est ? Quo res , aut persona lau-
datur , vel vituperatur . Unde &
Laudativum a Quintiliano , Exorna-
tivum a Cicerone , ab aliis verò Enco-
misticum , a præcipua scilicet sui
parte appellatur .

3. *Partes hujus generis quænam ?*
Laudatio & Vituperatio : quarum pri-
mam tantum pertra&tstabimus , cum ex
hisce ipsis præceptis intelligi facile
contraria possit .

4. *Laudori possunt quæres ?*

De genere Demon: 91
 Deus, angeli, de quibus sacri Panegyristæ. Item homines, & res ipsæ inanimæ, ut Regiones, Urbes, Palatia, agri, animalia, plantæ, &c., &c. de quibus Rhetores.

5. *Laus Regionum unde sumitur?*
 A Reipub forma, finium amplitudine, a multitudine urbium, ac dignitate, ab armentorum, segetum, arborum fæcunditate, a cæli elementis, a mercium domesticarum & extrancarum copia, a metallorum sectura. ab incolarum ingenio, indole, ad omnis virtutis cultum alacritate, nobilitate, fortitudine, industria, & ad quasvis artes habilitate, opibus, &c. &c.

6. *Laus urbium unde?*
 Ab antiquitate, situ, & munitione, a vicorum amplitudine, ædificiorum magnificentia, palatiorum multitudine, superba monumentorum varietate, a magni fluminis opportunitate, a cælo temperato & salubri, a soli circumjacentis ubertate, a mercatura opulenta, a frequentia civium, & exterorum

ꝝ Libri Quarti. Pars I. ꝝ

terorum confluxu , a conventibus , & conciliis publicis , a palestris scientiarum , & artium officinis , a civium religione , hospitalitate &c.

7 . *Laus agrorum unde?*

Ab amænitate loci , a fertilitate , & ubertate frugum. & fructuum , a cultura , prædiis . &c.

8 . *Unde laudantur homines?*

A bonis internis : quorum alia intellectionis , alia actionis , seu voluntatis appellantur , & maxime profundunt ad conciliandam admirationem , & amorem erga illos , qui laudibüs efferruntur . Itemq; a bonis externis : quorum alia sunt fortunæ , alia corporis ; & eatenus solum merentur laudem , quatenus ad recte laudabiliterq; vivendum adhibentur , alioqui vituperationi sunt obnoxia .

C A P U T II.

De bonis internis , seu intellec-
tis & voluntatis .

¶ De bonis intel: & volunta. 92
 1. *Bona pertinentia ad intellectione m quæ?* Acumen ingenii, memoria, docilitas, mentis præstantia, facilitas quædam naturalis dicendi, & agendi; deniq; scientiæ, & artes omnes. ut Theologia, Philosophia, Mathematica, juris prudentia, Rhetorica, Poëtica, ars pingendi &c.

Exemplum. Audistis cum pro se diceret, audistis antea, cum accusaret (defendendi hæc causa non gloriandi loquor) genus orationis, facultatem, copiam sententiarum, atq; verborum, quæ vestra est prudentia perspexit. atq; in eo non solum ingenium elucidere ejus videbatis, quod sæpe etiamsi industria non alitur, valet tamen ipsum suis viribus; sed inerat (nisi me propter benevolentiam forte fallebat) oratio & bonis artibus instituta, & curâ, & vigiliis elaborata. *pro Cælio.*

2. *Bona voluntatis quæ?* Virtutes; Inter quas si de moralibus sermo sit, ut esse apud Rethores solet, princi-

ꝝ Libri Quarti . Pars I. ꝝ

pem locum tenet : Prudentia , (quæ ita suo modo ad voluntatem spectat , ut etiam virtutem intellectualē sapiat) Justitia , Fortitudo . & Temperantia ; cæteræ enim omnes aliae ad has quatuor , cardinales inde dictas , ut partes , vel comites referuntur .

3 . *Prudentia* quid ? Speciatim , *Monastica* , est . quæ propria cujusvis vita optime dirigitur . *Æconomica* , seu *Domestica* , per quam familia regitur : *Politica* , seu *Civilis* , quæ tota in communi Reip: salute tuenda & administranda versatur : Universum vero est : Bona dispositio mentis , ex qua quis non tantum novit generatim , quid agendum sit , & a quo abstinentium , sed etiam constanter amat id agere , quod agendum est , & ab eo , a quo est abstinentium , abstinet .

4 . Proinde tria sunt Prudentiæ munera , seu partes potentiales , nimirum *imo* . Bona consultatio de iis , quæ agenda sunt . *2do* . Rectum judicium , quo quidpiam agendum , vel

¶ De bonis intel: & volunta . ¶ 93
 fugiendum decernitur . 3^{ta} . Sen-
 tentia , seu imperium , quo id , quod
 judicatum est , executioni tradi ju-
 betur .

5 . Partes vero veluti integrales 8 .
Memoria , per quā animus repetit ea ,
 quæ fuerunt . *Intelligentia* , per quam
 respicit ea , quæ sunt . *Providentia* ,
 per quam futurum aliquid videtur , an-
 tequam sit . *Notio* . quæ est illius , quid
 agendum sit , ex præsentibus , præteri-
 tis , & futuris colligendi facultas .
Docilitas . quæ est bonus affectus mentis
 ad aliorum monita & consilia capienda
 comparatæ . *Solertia* seu *Sagacitas* ,
 est facilis excogitatio , & applicatio
 mediorum ad finem ducentium . *Circum-
 spetio* . est attenta circumstantiarum
 omnium consideratio . *Cautio* , seu *Cura*
 est solicitude omnia vitandi incom-
 moda , quæ suscepimus negotium inter-
 turbare possint : Tot enim animi dispo-
 sitiones requiruntur ad recte consulen-
 dum , judicandum , & præcipiendum
 de rebus expectendis aut fugiendis .

¶ Libri Quarti . Pars I. ¶

Laus prudentiaz habetur in Cic: Philip: II. ubi Trebonium laudans hæc ait : *Est enim sapientis , quidquid homini accidere possit, id præmeditari: ferendū modice esse , si advenerit. Majoris est omnino consilij , providere , ne quid tale accidat: sed animi non minoris , fortiter ferre , si evenierit . Ab eadem commendat Dejotarum : At credo hæc homo inconsultus & temerarius non videbat? quis consideratior illo ? quis rectior, quis prudentior ? quanquam hoc loco Dejotarum non tam ingenio , & prudentia. quam fide & religione vita defendendum puto.*

6. Justitia quid ? Speciatim *Distributiva* est : quâ præmium , & pœna pro meritis, & conditione personalium distribuitur. *Commutativa*, quæ in commutatione bonorum , in contrahibis , & conventis versatur . Universim vero. Est constans & perpetua voluntas jus suum unicuique tribuendi :

7. Ejus partes sunt: Religio, qua Deo ut rerum omnium principio cultum debitum

De bonis intel. & volunt. 94
bitum, ac supremū exhibemus. *Pietas*,
quā Patriam, parentes, & propinquos
debito honore & amore prosequimur.
Observantia, per quam homines ætate,
aut sapientiā. aut honore, aut aliqua di-
gnitate antecedentes reveremur, &
colimus. *Veritas* seu *Sinceritas* (in
jure vero *Integritas*) quā damus operā,
ne quid a nobis denuntietur aliter. quā
sit. vel fuerit vel futurum est. *Fide-*
litas: quā promissa servamus, & quæ-
cunq; dicimus nos facturos, ea facimus,
ac omnem fraudem atq; dolum fugimus.
Gratia, seu *gratitudo*, quæ amicitarum,
& beneficiorū alterius memoriam, ac
remunerandi voluntatem continet. *Li-*
beralitas, quæ in pecuniis dandis, &
accipiendo mediocritatem tuetur; sive
virtus, quā liberaliter, & gratis pe-
cunias proprias aliquis cum aliis com-
municat. *Differt a Beneficentia*, quod
hæc in quorumcunq; bonorum, illa in
pecunia tantum largitione consistit.
Amicitia. quā multorū nobis benevolē-
tiam conciliare studemus. Vel (ut ait

ꝝ Libri Quarti · Pars I. ꝝ

Cic:) omnium rerum , consiliorum & voluntatum , sine ulla exceptione communitas est . *Affabilitas* , quā quis in convictu . & vitæ consuetudine facilem sc . (ut decet) exhibere studet . Deniqꝫ *Vindicatio* . qua principes & magistratus pro cujusqꝫ delicto pœnas constituunt , ut quos virtutis amor a malo non retrahit , subinde periculum pœnæ ab illo patrando avertat .

8. *Exempla harum virtutum sumi possunt ex orationibus . pro M· Marcello: pro Sextio· pro Lege Manilia sic laudat C. Pompejum: ab affabilitate : Iam vero ita faciles aditus ad eum privatorum , ita libera & quærimoniæ de aliorum injuriis esse dicuntur , ut is , qui dignitate principibus excellit , facilitate par infimis esse videatur . Fidē vero ejus inter socios quantum existimari putatis , quam hostes * omnium gentium sanctissimam esse judicarint ? Humanitate jam tanta est , ut difficile dictu*

* Piratæ omnibus molesti , qui se Pompejo ob ejus fidem dediderunt .

De bonis intel. & volunta: 95
dictu sit, utrum hostes magis virtutē ejus pugnantes timuerint, an mansuetudinem victi dilexerint.

9. *Fortitudo quid:* Considerata periculorum susceptio, & laborū perplexio. ait Cic: lib: 3. de Inv.

10. Partes ejus sunt: 1. *Magnificentia*, quæ est rerum magnarum & excelsarum cum animi ampla quadam, & splendida propensione agitatio, atq; administratio. ibid: 2. *Fiducia*, seu *confidentia*, est *virtus*. quâ animus humanus certa cum spe vincendi res arduas, tum agendas, tum ferendas suscipit. 3. *Patientia* est *virtus*, quâ animus in tolerandis adversis obfirmatur; quæ *virtus*, si mala sint formidolosa, speciali nomine *Constantia*. si diurna, *longanimitas* appellatur. 4. *Perseverantia*. est *virtus*, quâ stabilis quisq; ac firmus in cæpto opere ad finem perducendo, vel dolore penitus exantlando permanet.

Exemplum: ex or: ad Quir: post redi: Mihi, quod potuit vis & injuria, & scelerat-

ꝝ Libri Quarti . Pars I. ꝝ

ſceleratorum hominū furor detrahere,
 (bona extērna) eripuit , abstulit ,
 dissipavit ; quod viro forti adimi non
 potest , (voluntas) id manet & per-
 manebit . Vidi ego fortissimum virū ,
 * municipem meum Marium ; quo-
 niam nobis quasi aliqua fatali neces-
 sitate non ſolum cum his , qui (com-
 moda Reip:) hæc delere voluiffent ,
 ſed etiam cum fortuna belligerandum
 fuit ; cum tamen vidi cùm eſſet ſumma
 auſtoritate , non modo non in fraſto
 animo propter magnitudinem calamita-
 tum , ſed conſirmato atq; renovato :
 quem egomet dicere audivi , tum ſe
 fuiffe

* Ex urbe Arpino patria Ciceronis
 ꝝ Marii hic vietus a Sylla , exul in
 Africam cum filio , poſtquam Minturnis
 in palude ſe hoſtibus occultavit ,
 impetratā cimba enavigavit , ꝝ
 qui prius de Jugurtha Rege Nu-
 midiae triumphaverat , tunc exul ad
 quendam Hiempſalem , qui regnum
 illud acceperat , confugit cum filio ;
 redux ab exilio iſto fuit .

E De bonis intel: & volonta: **E** 96
 fuisse miserum , cum careret patria .
 quam obsidione liberavisset , cùm sua
 bona possideri ab inimicis , ac diripi
 audiret: cùm adolescentem filium vide-
 ret ejusdem socium calamitatis : cùm
 in paludibus demersus , concursu , ac
 misericordiâ Minturnensium , corpus ,
 ac vitam suam conservasset; cum parva
 navicula trajectus in Africam . quibus
 regna ipse dederat , ad eos inops , sup-
 plexq; venisset ; recuperata vero sua
 dignitate , se non commissurum , ut ,
 cum ea , quæ amiserat , sibi restituta
 essent , virtutem animi non habere , quā
 nunquam perdidisset .

ii. *Temperantia quid?* Est virtus
 voluptatibus corporis præsertim ad gu-
 flum & tactum pertinentibus modum
 præficiens. Seu Rationis in libidinem ,
 atq; alios non rectos impetus animi fir-
 ma , & moderata dominatio . Cic: l. 2.
de inv.

12. Partes ejus sunt: *Abstinentia* in
 moderando cibo ; *Sobrietas* in potu :
Castitas a voluptatibus illicitis; *Pudi-*

¶ Libri Quart. Pars I. ¶
 citia, quæ ab omni aspectu, & tactu
 impudico abstinet. Pudicitia enim di-
 citur a pudore, qui est perturbatio ani-
 mi de iis, quæ dedecus inferre solent.

His consentanea est: *Verecundia*, quæ
 est fuga turpitudinis ex intemperantia
 consequentis; & *Honestas*, quæ est
 prosecutio decoris in temperantiae
 actibus maxime eluentis.

Ad Temperantiam revocantur etiā:
Mansuetudo, eatenus, quatenus mo-
 deratur iram, ac compescit. *Cle-
 mentia*, quæ est virtus, ordinem &
 modum in pænis infligendis, & su-
 mendis præscribens, *Modestia*, quæ
 in vultu, incessu, gestu, & aliis cor-
 poris motibus rectum ordinem ser-
 vat. *Misericordia*, quæ est clementiae
 affinis, affectumq; humanitatis præ-
 fessert, quo aliis auxilium præstamus
 & gratiam. *Urbanitas*, quæ verbis,
 & sermonibus rectæ rationis modum
 constituit.

Exempla: a Temperantia laudat
 Cic: Pompej: Or: pro lege Man: Hinc
 mira-

E De bonis intel: & volunt: **E** 97
 miramus hunc hominem tantum excellere cæteris , cuius legiones sic in Asiam pervenerunt , ut non modo manus tanti exercitūs , sed ne vestigium quidem cuiquam pacato docuisse dicatur .

A Mansuetudine laudat Milonem or. pro P. Sextio : Non movit hominem summa gravitate , summaq; constantia : sed quanquam dolor animi , innata libertas , prompta excellensq; virtus fortissimum vicum hortabantur , vi vim , oblatam præsertim sæpius , ut frangeret , & refutaret : tanta moderatio fuit hominis , tantum consilium , ut contineret dolorem , neg^o eademq; se re ulcisceretur , quā esset lacestus , sed illum , tot jam in funeribus Reip: exultantem , ac tripidantem , legum , si posset , laqueis constringeret .

A Misericordia laudat Cæsarem pro Ligari: Nulla de virtutibus tuis plurimis nec gratior , nec admirabilior misericordiâ est . Homines enim ad

00050317
¶ Libri Quarti . Pars I . ¶
Deos nulla re proprius accedunt , quam
salute hominibus danda . Nihil habet
nec fortuna tua majus , quam ut pos-
sis , nec natura tua melius , quam ut
velis conservare quam plurimos .

C A P U T III .

De Bonis corporis & fortunæ .

i. *Bona corporis quæ?* Pulchritudo ,
seu formæ dignitas , quæ dici potest
elegantis animi imago , & flos quo-
dammodo virtutis ; quanquam non
fragilis modo , sed etiam plerumq;
pernitiosa sit . præceps , & lubrica .
Oris suavitas , vires & robur cor-
poris ad res magnas pro Deo & pa-
tria gerendas . Magnitudo proceri-
tasq; corporis , cum nimirum quis
longitudine & latitudine multum alios
antecellat : modo non tanta sit , ut
propter exsuperantium , motus cor-
poris retardetur . Valetudo cum cor-
pus & morbo vacuum est , & sic con-

§ de Bonis corp: & fort: § 98
 situtum , ut ea commode agere pos-
 fit , quæ ad usus vitæ per necessarios
 pertinent . *Bona Senectus* . cum tardè,
 & sine tristitia advenit , quod bonum
 a continentia & frugalitate nascitur .

Exemplum . Quatuor robustos filios ,
 quinque filias , tantam domum , tantas
 clientelas Appius regebat & senex ,
 & cæcus ; intentum enim animum ,
 tanquam arcum habebat , nec langue-
 scens succumbebat senectuti ; tenebat
 non modo au&toritatem , sed etiam
 imperium in suos : metuebant eum
 servi , verebantur liberi , carum omnes
 habebant . vigebat in illa domo patrius
 mos & disciplina . *Cic: de senec:*

2. Bona fortunæ quæ ? Præter ea ,
 quæ l. i. par: i. Cap. viii. innu-
 imus , sunt: *Nobilitas* : ead̄ vel pu-
 blica , sive ob gentis aut civitatis ve-
 tuſlatem , splendorem , ac dignita-
 tem: vel *privata generis uniuscujusq;*
 & familiæ ; ut si ex ea multi fuerint
 viri . fæminæq; , juvenes , & senio-
 res illustres virtute , divitiis , vel

¶ Libri Quarti . Pars I . ¶
 alia re , quæ sit in pretio apud ho-
 mines .

Divitiae , vel a majoribus , vel in-
 dustriâ propriâ , & honesto labore
 partæ ; quarum partes sunt : pecuniæ,
 prædiorum multitudo , regionum ,
 aut oppidorum possessiones , supel-
 lectilium , & servorum copiæ , cæte-
 rarumq; rerum , quæ pulchritudine
 excellant , multitudo : quæ tamen
 necesse est , secura sint , nimicum ut
 eorum possessio in domini arbitrio
 existat ; atq; utilia , scilicet ut ex
 iis fructus percipiatur , non tamen ad
 perfruendas voluptates , sed vel ad
 usus vitz honestos , vel ad juvandos
 amicos , vel ad egenorum inopiam
 sublevandam .

Gratia : apud summos infimosq; ,
 multi & præclarí amici ; *bona existi-*
matio & gloria : etiam apud exte-
 ros ; nimicum : si virtute quem præ-
 ditum , boni & prudentes viri cen-
 sent , si omnes prædicant , si cum
 admiratione quadam honore quem di-

¶ de Bonis corp. & fort: ¶ 99
gnum putant.

Honor: qui est signum gloriæ ex plurimis alias meritis comparatæ: cuius species sunt: *Sacrificia*, vel immolations, & etiam supplications, quæ res sæpe claris viris tanquam diis fiebat. *Monumenta*: vel carmine, vel soluta oratione conscripta. *Premia*. ob insignem fortitudinem, aut alias res præclarè gestas obtenta. *Superiores in sedendo*, aut *dicendo loci*: quod apud Romanos fiebat, ut is nimirum in senatu priore loco sententiam diceret, qui dignitate & honore præstaret. *Sepulchra magnifica*. Sicut apud Ægyptios erant pyramides, & Mausolea, Artemisiæ Regis *Imaginiæ* & statuæ ad commendationem posteritati positæ. Tandem *munera*, quæ plurimi primo loco ponunt, circa quæ tamen tenendum est di&um illud: *munera Sapientum oculos excæcant*, & mutant verba iustorum.

Qui hæc hubuerit, laudabitur, quod

¶ Libri Quarti . Pars I. ¶
bene sit illis usus ; qui non habuerit ,
quod sapienter caruerit ; qui amise-
rit , quod tulerit moderatè .

Exemplum a bona existimatione .
Nemini unquam non præsent i Puteolani
majores honores habuerunt , quam M:
Cælio , quem absentem in amplissimum
ordinem cooptârunt : & ea non pe-
tenti detulerunt , quæ multis petentibꝝ
denegârunt : iidemq; nunc lectissimos
viros , & nostri ordinis . & Equites
Romanos cum legatione ad hoc judi-
cium , & cum gravissima , atq; orna-
tissima laudatione miserunt .

C A P U T IV.

De iis , quæ in laudatione perso-
narum sunt observanda .

1. Observanda & seligenda sunt pri-
mo , quæ magna , atq; incredibilia cu-
iquam acciderunt ; maxime verò si
divinitus . Sic Cic: pro Lege Manil:
multa magna , atq; incredibilia Pom-
pejo accidisse commemorat ; ut quod

¶ De laude person: ¶ 100
adolescentulus bellum difficulti Reip:
tempore confecerit , & rem optime
ductu suo gesserit , itaq; concludit :
Hoc brevissimè dicam , neminem un-
quam tam impudentem fuisse , qui a
Diis immortalibus tot , & tantas res
tacitus auderet , & optaret , quot ,
& quanta Dij immortales ad Pompe-
jum detulerunt . Et alibi · Amisissetis ,
Quirites nisi ipsum (C. Pompejum)
id temporis divinitus ad eas regio-
nes fortuna populi Rom: attulisset .

2 . Secundo eligenda sunt cogitata ,
dixa , atq; facta insigniora , quæ pos-
sint ad aliquod virtutis genus accom-
modari . ex: gr: pietati : Sic Cic:
laudat Milonem , quod semper pro
bonis contra improbos senserit , quod
proposita invidia , morte , pœna ,
nil segnitus Remp: defendenterit . Multa
etiam ibidem exponit , quæ ejus for-
titudinem declarant , uti dictum ejus
hoc : Fortes & sapientes viros non
tam præmia sequi solere redifactorū ,
quam ipsa redifacta . Item Oratione

¶ Libri Quarti. Pars I. ¶
pro Marc: plurima facta Cæsar is com-
memorat , quæ ejus clementiam osten-
dant . In his vero exponendis uber-
rimus locus est Comparisonis .

3 . Tertio loco enumerandum : cau-
sas rerum , eventus , & consequentias .
Ut si quis vellet laudare Ciceronem ob
patefactam Catilinæ conjurationem ,
a causa : quia de salute Reip: sicut
optimum consulem decuit , solicitus
fuit . Ab eventu : exagerando quibus
ratiōnibus patefacta , & labefactata ,
& vindicata Catilinæ conjuratio ipsa
fuit . A consequētib⁹ , describendo ,
quam gloriam adeptus ex ea re fuerit ,
ut Pater Patriæ ab omnibus sit appell-
latus ; & quæ odia improborum in se
incitārit ?

4 . Si laudetur is , qui è vivis di-
fcesserit , dicendum , de mortis ge-
nere . Id autem tum præcipue , cum
aliquid in morte ejus fuerit animad-
versione dignum , uti : si quis pro
patria morte occubuit , quo nominè
Serv: Sulpicium laudat Cic: Phil: ix .

¶ De laude person: ¶ 101
 Aut si morbum doloresq; constantissime
 tulerit .

5. Ea quæ post mortem consecuta
 sunt . Nonnunquam enim aliqua post
 mortem accidunt , quæ vitâ fundo
 honori , & gloriæ sunt . Ut quod L.
 Brutum per totum annum matronæ
 Romanæ extin&um defleverint . Aut
 quod Cæsar inter deos relatus fuerit ;
 Ut : quod multi viri sanctissimi post
 mortem miracula patrârint : &c .

6. Series in disponendis his quæ ser-
 vanda ? Vel naturalis , servando
 nimirum temporis , ac historiæ ordi-
 nem , atq; dicendo primo de iis ,
 quæ ortum ejus , quem laudamus ,
 antecesserant . uti de Responsis , ora-
 culis , signis , quæ futuram Sanctita-
 tem , aut pietatem portenderunt :
 postea de natione , Patriâ , genere
 &c: Hæc si clara fuerint , pulchrum
 erit eorum splendori respondisse ; sin
 obscura , & humilia , laus erit no-
 bilitatæ factis . Postea enarrando ,
 quæ in vita acciderunt , idq; primo

¶ Libri Quarti . Pars I. ¶
 dicendo de adolescentia tempore , in
 quo spectatur Indoles, Educatio, Opti-
 marum artium studia , fortitudo , &
 alia hujusmodi ; Deinde de virili
 etate , in qua spectatur Dignitas . Ho-
 nores , Amicitiae , præclaræ dictæ ,
 atq; faœta ; Postremo de senectute , in
 qua spectatur Constantia , Religio ,
 Consilium . Et in morte . Mortis oc-
 casio . Ac tandem quæ in morte , &
 post obitum ? Uti Bonorum luctus , &
 desiderium , quatenus evivisceret ,
 pompa funebral is , Monumenta , ho-
 minum sensus . Testamentum &c.
 Hunc ordinem temporum servat Cic:
 Phil: 2. Antonium vituperans .

7 . Vel artificialis ; nulla nimirum
 temporum ratione habita , totam lau-
 dationem ad certa quædam genera re-
 vocando . Ut si imo loco fortunæ bona
 explicemus , cujusmodi sunt : nobi-
 litas , divitiae , opes . &c. 2dō , bona
 corporis , ut : valetudo , vires , &c.
 3tio , bona animi , qualia sunt scien-
 tia , virtutes , &c. Ordinem hunc

E De laude person: 102
 tenuisse videtur Cic: pro Lege Man:
Cum in Pompejo contendat esse seien-
 tiā rei militaris , virtutem , au-
 thoritatem , felicitatem .

Plura ad hoc genus suppeditabunt
 exempla , Orationes Cic: Sequentes:
VII. Ver: **III.** Agr: post reddit: ad
Quir: & in Senatu . in Vatin: in Piso:
Philip: **II.** **VIII.**

C A P U T , V.

De orationibus spectantibus ad
 genus Demonstrativum .

1. *Orationes ad genus demonstrativū
 quæ spectant?*

Gratulatio , **Gratiarum actio** , **Oratio
 funebris** , &c:

2. *Gratulatio quid* , **E** quomodo
disponenda? Est oratio , quæ aut
 ortum pueri , vel natalem diem , aut
 consecutionem alicujus dignitatis , aut
 adventum ad urbem Principis , aut
 viatoriam , & viatoris laudes &c. &c.
 celebrat .

¶ Libri Quarti . Pars I. ¶

3 . Cum celebratur *nativitas* *Infantis* , *exordium* esse potest : *lætitiae* & *gratulationis* plenum , de prole feliciter parentibus nata , & duci ab *adjunctis* , videlicet tempore , patria , natione ; &c. In *Confirmatione* laudabuntur Parentes , majores eorum , cæteraque exponentur , quæ læta omnia de Infante sperare jubent , puta : *genus* , optima futura *educatio* &c. Atque ea , quæ fortassis ortum Pueri antecesserunt , vel comitata fuerunt . *Reliquum orationis* vota , & preces ad Deum continebit , pro Filij & Parentum incolumentate , utque infans in Patriæ decus & ornamentum adolescat .

4 . Cum dignitatem alicui gratulamur . *Exordium* : nostram , atque etiam publicam ex collato honore *lætitiam* continere potest . *Confirmatio* : honoris amplitudinem extollet , rationesque explicabit , ob quas jure debebatur honor illi , cui gratulatio instituitur . *Reliquum Orationis* : gratiarum acti-

¶ De or : gratul: &c. ¶ 103
 onem ostendet illis habendam , qui
 honorem detulere , sapientiam eorum
 prædicabit , quod neminem , nisi omni-
 būs numeris absolutos dignitatibus
 ornent , utq; in multos annos majori-
 bus honoribus onus a D. O. M. is,
 quem laudamus , conservetur , vota
 faciet .

5. Cum adventus ad urbem Prin-
 cipis , vel alterius specabilis viri ce-
 lebratur : *Exordium* : duci poterit a
 votis , & expectatione civitatis , ob
 virtutum hospitis famam , quæ omni-
 um aures implevit ; *Confirmatio* :
 explicabit causam publicæ lætitiae ,
 & si quid fuerit ab eo præclare ge-
 sum , aut quid singulare laude di-
 gnum , commendabit . *Reliquum ora-
 tionis* : propensissimos in eum animos ,
 ac devotissimas ad omne obsequii genus
 voluntates esse profitebitur .

6. Cum celebranda *victoria* su-
 scipitur : *Exordium* esse debet splen-
 didum , & lætitiae plenum . *Confir-
 matio* verò explicare belli necessitatem ,
 difficul-

00050317
¶ Libri Quarti. Pars I. ¶
difficultatem , æquitatem . Item dili-
gentiam Victoris in eo operando ,
virtutem in gerendo , & celeritatem
in conficiendo . Tum enumerare com-
moda , & utilitates victoriæ , lau-
dare fortissimos viros , qui in bello
cecidere . &c: *Reliquum autem Ora-*
tionis Deo O. M. victoriæ largitori
grates persolvere , & pro victoris in-
columitate , gloria , ac felicitate vota
continere .

Exempla harum Orationum obvia
possunt esse ex variis oratoribus clas-
sicis .

7. *Gratiarum adio quid , & quo-*
modo disponenda ? Est oratio , quâ
ob acceptum aliquod insigne beneficium
gratias agimus . *Exordium* in hujus-
modi orationibus magnam grati animi
significationem continere debet ; Et
duci poterit vel a magnitudine bene-
ficij , cui exornando se imparem fa-
teri debet orator : *Quomodo fecit Cic:*
in Or: post: Red· habita in senatu :
vel ab excusatione diurni silentii
post

De orat: gratiar: a&: 104
post susceptum beneficium ; *Quomodo*
exorditur Cic: suum eucharisticum ,
pro impetrato M. Marcelli reditu .
Confirmatio vero , beneficij magnitu-
dinem explicare , imo . a dignitate
personæ beneficium præstantis ; 2do .
ab eo , quod indigenti , vel immerenti
collatum sit . 3to . ab ipso beneficio ,
si opportunum fit , & exoptatum .
4to . a ratione & modo ; nimis si
libenti animo , si sponte , si non red-
ditum fit , sed datum beneficium .
&c: Reliquum deniq; orationis gra-
tum , & memorem beneficij animum
polliceri .

7. *Funebris oratio quid , & quo-*
modo disponenda ? Est oratio , quæ
habetur vel in ipso funere , vel in an-
niversario funeris die . In hac *Exor-*
dium mæroris luctusq; significationem
præferre debet ; & duci vel ab ex-
clamatione : quomodo exorditur Cic:
in morte Crasse oratoris ; vel a de-
scriptione funebris apparatus , & a
mæsto audientium silentio ; vel ab ad-

¶ Libri Quarti . Pars I. ¶
 junctis , quæ forte laudanti mortem
 circumstetere ; puto motus terrarum ,
 caligo ultra solitum tenebrosior , aut
 his similia . *Confirmatio* : constare de-
 bet laude mortui , consolatione pa-
 rentum , & affinium , excitata com-
 memoratione vitæ a defuncto laudabi-
 liter adiæ , expositione honorum vi-
 venti , & mortuo delatorum , cæte-
 rorumq; quæ virtutem illius testan-
 tur ; deniq; spe minime dubia , quod
 inter felices animas cælesti Beatitudine
 perfruatur : & præterea adhortatione
 ad superstites , ut in mortui vitam
 atq; virtutes , tanquam in exemplar
 intueantur . *Reliquum* verò orationis:
 æternæ felicitatis appreciationem ,
 sempiternæ apud posteros memoriaz
 pollicitationem , summiq; desiderij
 erga eum , qui laudatur mortuus , in
 auditorum animis excitationem con-
 tinere debet .

8 . Ad genus demonstrativum præte-
 rea spectant *Orationes* , quibus in ma-
 gistratum inaugrandi , bnevolentiam

¶ De eo , qui svadet. ¶ 109
 eos insinuatione non nisi præmissa com-
 monere oporteat . Quemadmodū fecit
 Cic: Phil: 7 . ubi Senatum inconstan-
 tiæ , ac turpitudinis insimulat : At
 legatos misimus ? heu me miserum !
 cum Senatum cogor , quem laudavi
 semper , reprehendere . &c. Similia
 habet in peroratione : Te moneo Pansa
 (quanquam non eges consilio , quo va-
 les plurimum , tamen etiam summi
 gubernatores in maris tempestatibus a
 vectoribus admoneri solent) &c. Si-
 milia in aliis suis orationibus . 2do ,
 Ut videatur Probus : scilicet collaudet
 virtutes , & reprehendat vitia . De-
 inde 3tio . Benevolus : nimirum ut
 singularem amorem & observantiam
 erga auditorem & patriam præsefe-
 rat . Quæ duo pariter frequentissima
 sunt apud Ciceronem .

2 . Quid spectandum in iis , apud
 quos svadetur , vel dissvidetur ?
 Inprimis : qua forma Reipublicæ re-
 gantur ; nimirum vel Monarchiâ .
 quæ est unius dominatus . Vel Ari-

ꝝ Libri Quarti . Pars II. ꝝ

Aristocratiā : quæ est dominatus pauco-
rum , qui Optimates dicuntur , eo
quod ita se gerant , ut sua consilia
optimo cuiq; probent . Vel deniq;
Democratā ; quæ est dominatus mul-
torum , qui commune bonum respi-
ciunt , ut cum Senatus nihil potest sine
voluntate tribuum . In *Monarchia*
enim consilia omnia referat , necesse
est , svadens vel dissvadens ad hono-
rem , gloriam , custodiamve princi-
pis . In *Aristocratis* ; ad consilium
prudentiamq; Senatūs , dicens : hinc
pendere disciplinam legum , divitias
civitatum , imperij amplitudinem .
In Democratia : omnia ad libertatem,
& utilitatem omnium . Obvia hæc
sunt in orationibus deliberativis Cic:
qui cum Romani Democratiā uteren-
tur , floruit .

3. Secundo : Cujus sunt nationis ,
conditionis, ætatis, indolis . &c. Pro
varietate enim nationum varia est ho-
minum indoles , ut tradit Ioan:
Barclav: in *Icone anim: Cap: 3.* ex
sejg

¶ De iis , apud quos : ¶ 110
 seḡ. Aliò item propendent nobiles ,
 divites , potentes , aliò senes , aliò
 virilis ætas .

Nobiles Sunt honoris ac gloriæ
 studiosi, facileq; contemnunt non modo
 ignobiles , verum etiam homines , ut
 vocant , novos . *Divites* arro-
 gantes sunt , & superbi, delicati præ-
 terea , ac molles .

Potentes honorum appetentiores ,
 & animo magis virili , quam divites :
 sunt multo magis studiosi divitibus ,
 ut potentiam suam conservent: excel-
 so sunt potius animo , quam contu-
 maci , neq; insolenter se efferunt , ne
 odium incurvant : si injuriam infe-
 runt , non in parvis rebus , sed in
 magnis obesse student .

4. *Juvenes* Honestatem utili præfe-
 runt , facile & vehementer exarde-
 scunt , intemperantes , audaces , ma-
 gnanimi , & victoriæ cupidi , ut cæ-
 teris antecellere videantur , pericu-
 lorumq; contemptores : simplices &
 aperti , nimis creduli , & spei pleni :

¶ Libri Quarti . Pars II. ¶
 prodigi potius , quam avari : vere-
 cundi , prompti ad injurias facien-
 das , sed propter contumeliam : risus
 studiosi . adeoq; faceti , & jocosi : stu-
 diosi sodalium & amicorum : procli-
 ves ad misericordiam , quia bene de
 omnibus sentiunt . &c. At contraria
 est fermè Scrum ratio , quærunt utile
 magis quam honestum : &c. &c. Co-
 gitant magis de præteritis , quam
 futuris , idcoq; loquaces , eaq; sæpius
 narrantes , quæ superiori tempore
 gesta sunt .

5 . *Virilis ætas* , seu inter senectu-
 tem , & adolescentiam interjecta ,
 medium fere inter utrosq; tenet , nam
 nec solam honestatem , nec solam uti-
 litatem , sed utrumq; simul sibi pro-
 ponit .

6 . Valent hæc cognita plurimum ad
 seligendas probations , quæ audito-
 ris opinioni , animo , conditioni , &
 ætati sunt magis accommodatæ , tum
 ad impellendos animos quò suapte
 pendent ; suus est enim cuivis nationi ,
 condi-

De Constr: Orat: III
 conditioni, & ætati affectus. Juvenes
 enim leviorib[us] affectib[us] commoven-
 tur, senes vero & viri leviores vix
 persentisunt.

7. *Quid spectandum in re, quæ sva-
 detur, vel dissuadetur?* Quinq[ue], imo.
 illa, de quibus cap: præc: nimirum:
 ad svadendum: an sit honesta, vel
 utilis, facilis, vel necessaria, vel
 jucunda. *Ad dissuadendum:* num
 sit inhonesta, vel inutilis, non neces-
 saria. &c. Item: utrum præter hæc
 generis Deliberativi propria argu-
 menta, aliquo ex locis communibus
 desumpto svaderi, vel dissuaderi
 possit?

8. *Quid tandem in ipsa svasionis,
 vel dissuasionis (in re orationis)
 constructione servandum?* Re, quæ
 svaderi, vel dissuaderi prætenditur,
 undequaq[ue] cognita, formanda est bre-
 vis aliqua, & clara quæstio, seu pro-
 positio: tempori, loco, & iis,
 apud quos svadendum, vel dissuaden-
 dum est accommodata, quæ tractari

¶ Libri Quarti. Pars II. ¶
 copiose , ornatè , & facile possit .
 Seligenda deniq ; , ac assumenda una ,
 aut multiplex cardinalis , & præcipua
 ratio , quæ pariter auditoris opini-
 oni , & conditioni congruat , propo-
 sitionemq ; fulciat , ac sustineat .

Tum hæc ipsa ratio (si unica sit)
 efferenda est nudè : vel per Enthymema
 Ut videre est apud Cic: Orat: 2da in
 Ver: in qua ad propositionem hanc:
Novo genere est accusandus Verres.
 inventa ratio hæc , quia *Verres Cice-
 roni , & judicibus insidiatur , re-
 ducta est ad hoc enthymema : Verres
 grandem habet pecuniam paratam ju-
 dicibus , & Ciceroni , quâ sperat se
 illos corrupturum . Ergo Verres
 Ciceroni , & judicibus insidiatur .*

Vel per Syllogismum . ut pariter
 effert Cic: Philip: ix . in qua propo-
 sitio hæc: *Serv: Sulpitio in legatione
 mortuo honor status est tribuendus .*
 nititur huic argumento : quia ipsa le-
 gatio mortem attulit Sulpitio . hoc
 vero argumentum revocatur ad Syllo-
 gismum

¶ De constr: orat: ¶ 112

gismum hunc : Cui ipsa legatio mortem attulit , ei honor statuae est tribuen-
dus . Serv: Sulpitio ipsa legatio mor-
tem attulit . igitur ei honor ¶.

Vel per Collectionem : quâ per gra-
dus quasi Orator rem suam stabilit ,
explicat , ac tandem concludit . Sic
Cic: in Catil: III. assumptæ proposi-
tioni huic: Dies hæc supplicatione De-
orum est celebranda Subiicit rationem
istam : qua Cicero hodie Remp: ser-
vavit . Deinde rationem hanc confir-
mat ex eo : quia Cicero consilio , ac
diligentiâ sua Catilinariam conjuratio-
nem manifeste comperit , & extinxit .
Postremo hanc ipsam confirmationem
exornat ostendendo : non sine singu-
lari Consulis prudentia , ac Deorum
beneficio , longe omnium maximam ,
crudelissimamq; conjurationem , sine
Civium internecione extinctam esse .
¶.

Vel deniq; per aliquam aliam argu-
mentationis speciem , ut per induci-
onem , soriten ¶.

ꝝ Libri Quarti. Pars II. ꝝ

9. Si vero ratio sit *multiplex*, dividenda est in partes oratio, singulæq; rationes suo ordine collocandæ, & explicandæ, per varias argumentationis species. uti Cic: fecit in Philip: vii. in qua *dissuadet pacem ineundam cum Antonio* triplici hac ratione: i. quia hæc pax turpis est. ii. quia hæc pax periculosa est. iii. quia esse non potest. Quarum rationum imam tractat per syllo: sic: *Omnis inconstantia est turpis Senatui.* At est inconstantia, Senatum cum Antonio subito pace velle conjungi, quem modò hostem non verbo, sed re judicavit. *Igitur pax eum Ant: est.* 2dam tractat per enthymema: *Ex pace quæ cum Antonio fiet, brevi tempore oriatur bellum longe gravius.* *Igitur pax cum Ant: est periculosa.* 3tiā exponit inductione hac: *Non potest esse pax Antonio, & Senatui, & Equitibus, & universo populo Rom: & municipiis, & aliis privatis: Nasidio, Cæsari, Bruto.* *Igitur pax cum*

§ De orationibus dedicat: § 105
 eorum , quibus ad numerantur , deme-
 reri solent , significando gratum in eos
 animum , per quos sibi inter clarissimos
 viros sedere licet ; fatendo se impa-
 res tantæ dignitati , & hinc extol-
 lendo magnitudinem demandati sibi
 muneris , atq; explicando dotes , quæ
 judices , vel Senatores ornare debent .
 Tandem spem sibi faciendo potentissimi
 ad rem gerendam Præsidij , in
 humanitate , consuetudine , peritia
 &c. &c. eorum , in societatem quo-
 rum dignitatis inaugurandus venit .

9. *Orationes dedicatoriaæ* alicujus :
 quæ ducuntur vel a temporis aliqua
 opportunitate , & persona simul , cui
 opus dedicatur , vel a sola persona
 duntaxat , exponendo ex: gr: quod
 consideranti , cui opus nuncupandum
 foret , non aliis in mentem venire
 potuit Patronus ; & causas hujus af-
 ferti subiiciendo ; aut quod ex præ-
 claro nomine celebritatem operi suo
 accessuram judicavit , & hinc in lau-
 des Mæcenatis excurrendo . Po-

¶ Libri Quarti Pars I. ¶

stremo patrocinium operi expetendo.

10. Item quibūs Philosophicum , aut Theologicum certamen ineuntes , vel laudant scientias illas , quarum propositiones defendendas suscipiunt : vel comparationem instituunt inter certamen scientificum & belli experimenta , atq; horum & illius difficultates & pericula inter se conferunt : vel sub imagine peregrinationis , aut navigationis per varias mundi plagas quæstiones & systemata designant . in iisq; visa , audita , &c: exponunt . vel deniq; occasione Thesum sub auspiciis clari alicujus viri defendendarum Mæcenatis laudes prosequuntur , nimirum : sapientiam , ingenium , res ab eodem præclare gestas . &c. Quod ipsum servandum est partes oppugnantis agenti , si de Mæcenate aliqua præfari velit , secus de suo advesario , si id ratio postulaverit , aliqua dicere potest , laudando in eo ingenium , pietatem , morum innocentiam , assiduitatem in studiis , & si parentes habuerit

00050317
De genere deliberativo 106
buerit nobilitate conspicuos, genus
etiam presumendo futurum. ut dome-
sticorum exemplorum æmulator exi-
stat.

P A R S II. De genere Deliberativo.

C A P U T I.

De eo generatim.

1. *Genus Deliberativum quid est?*
Consultatio de rebus bonis, & malis,
ait Arist: Vel ut Cic: l. i. de Inv:
Quod positum in disceptatione civili
habet in se sententiaz dictio[n]em.

2. *Partes hujus generis quænam?*
Svasio, & dissvasio.

3. *Ejus materia generatim quæ?*
Res contingentes, & positæ in nostra
potestate, & quidem ad nos pertinen-
tes; Ridiculum enim esset, si Po-
loni v. g. in suis Comitiis delibera-
rent, qua ratione Scythæ administrare
debeant suam Rempublicam.

4. *Ejus*

¶ Libri Quarti Pars II. ¶

4. *Eius materia speciatim quæ?*

Alia est *Publica*, cuius genera 5. recenset Arist; 1. *Vestigalia ac redditus*: quæ Cic: *pro lege Manilia*: dicit esse nervos Reip: pacis ornamenta, & belli subsidia. 2. *Bellum*, & *pacis fædera*. 3. *Munitiones*, & custodiæ regionis. Vituperatur enim hac in re Pyrrhus ægyptiorum Rex, qui multas civitates bello subegerat, sed quia non eas custodiebat, facile amittebat. 4. Quæ importantur, & exportantur, nimirum: *Commertia*, *annonæ* &c:

5. *Legum ferendarum ratio*, sive novæ ferendæ, sive veteres abrogandæ. Sic. Cic. contra Rullum docet legem Agrariam, quam Rullus ferre volebat, non modo non utilem Reipub: sed etiam perniciosam futuram. Contraria habet de *lege Manilia*:

6. *Materia speciatim alia Privata* est: quæ non potest certa assignari, cum totidem de rebus consultari possit, quot negotia in vita, & re familiari occurruunt.

C A P U T II .

De iis , quæ valent ad svadendum
vel dissvadendum .

1 . *Quidnam valet ad svadendum ?*
Quod honestum esse ostenditur , utile,
necessarium , possibile , facile , jucun-
dum . Ad dissvadendum valent con-
traria .

2 . *Honestum est , quod per se lau-
dabile est , & propter se expetendū .*
Ut virtus , laus , gloria , nominis
immortalitas . &c: Ab hoc loco Cic:
pro lege Man: Sic . Et quoniam sem-
per appetentes gloriae , præter ceteras
gentes , atq; avidi laudis fuisse , de-
lenda est vobis illa macula , Mithri-
dattico bello superiori suscepta , que
penitus jam insedit , & inveteravit
in populi Rom: nomine . &c.

3 . *Utile Quod propter commodum
expetur , sive adjunctam habeat ho-
nestatem ; ut : honor , dignitas . Sive*

¶ Libri Quarti Pars II. ¶
 non habeat; ut: *divitiae, valetudo &c.*
Ab hoc loco Cic: ibidem. Agitur salus
 sociorum , atq; amicorum , pro qua
 multa majores vestri , magna & gra-
 via bella gesserunt . Aguntur certis-
 sima pop: Rom: ve&igalia , & maxi-
 ma , quibus amissis . & pacis orna-
 menta , & subsidia belli frustra requi-
 retis .

4. *Necessarium, Sine quo salus, aut
 dignitas stare non potest , aut vix
 potest.* *Ab hoc loco hortatur Cic: Po-*
pulum ad persequendum Antonium per
hæc verba . Incumbite in causam Qui-
*rites , ut facitis , agitur enim non
 qua conditione victuri , sed victuri ne-*
simus , an cum supplicio ignominiaq;
perituri .

5. *Possibile Quod fieri, aut esse po-*
test. *Ab hoc loco Scipio apud Liv:*
bellum in Africam transferendum
evincit , quia nimirum Annibal vinci
in Africa potest. *Econtrario Cic: pa-*
*cem cum Antonio Phil VII. diffi-
 det , quia nimirum nulla pax esse po-*

¶ De facili , jucun: ¶ 108
 test Antonio , & Senatui , equitibus ,
 & universo Pop: Rom: Et Phil: 12. ex
 eodem loco probat legatos iterum ad
 Antonium non esse mittendos , quia
 nimirum impossibilis est pax cum An-
 tonio , per hæc verba : *Quæ enim est
 conditio pacis , in qua ei , cum quo
 pacem facies , nihil concedi potest ?*
*Multis rebus a nobis est invitatus ad
 pacem Antonius , bellum tamen ma-
 luit : missi legati , repugnante mē ,
 sed tamen missi , delata mandata , non
 paruit . &c. &c.*

6 . Facile Quod sine molestia , &
 brevi tempore confici potest . Ex hoc
 loco Cic: Phil: III, His vos teterrimis
 fratribus portas aperietis ? non tem-
 pore oblato , ducibūs paratīs , animis
 militum incitatīs , Populo Rom: con-
 spirante , Italiā totā ad libertatem
 recuperandam excitatā , Deorum im-
 mortalium beneficio utemini ! nullum
 erit tempus hoc amissō . &c.

7 . Jucundum . Quod honestam ha-
 bet voluptatem . Ab hoc loco Cic: in

ꝝ Libri Quarti · Pars II. ꝝ

Iib: de amicis: ad virtutem hortatur . Nihil est (inquit) amabilius virtute , nihil quod magis alliciat homines ad diligendum . Quippe propter virtutem & probitatem eos etiam , quos nunquam vidimus , quodammodo diligimus . Et inferius : Tanta vis probitatis est , ut eam (quod magis est :) in hoste etiam diligamus .

C A P U T III.

De iis , quæ sunt in svadendo ,
vel dissavadendo spectanda .

1. Quid spectandum in eo , qui svadet , vel dissavadet ? Tria præcipue sunt spectanda , Prudentia , Probitas , & Benevolentia . Nimirum , ad hoc , ut quis svadere vel dissavadere possit , requiritur imo ut videatur esse prudens : scilicet modestè , non verò nimis audacter doceat , & moneat alios , præsertim si tanti viri sint , ut

De Conſtr: Orat. 113
cum Ant: eſſe &c.

Vel per easdem species argumentationis. Ut hoc videre eſt or: Cic: pro Lege Manil: in qua svadetur bellum in Asia gerendum a populo Rom: & huic præficiendum Pompejum , ex eo ipso . Quod : hujusmodi bellum ſit genere ſuo grave & hanc rationem revocavit ad enthymema ſic : In hoc bello аſiatico agitur gloria populi Rom: agitur ſalutis ſociorum ; aguntur veſigalia maxima ; aguntur fortuna multorum Civium . Igitur hoc bellum eſt grave ſuo genere , & neceſſariū . Secundo ex eo . Quod ſit magnitudine periculofum : & hæc alia quoque ratio exponitur enthymemate . Hoc bellum conjungunt duo Reges potentissimi , ſuſcipiunt agitatæ nationes victo Lucullo . Igitur eſt magnitudine &c. Tertio : Quod Pompejus ſit bonus Imperator . Et hæc pariter exponitur enthymemate . In Pompejo eſt ſcientia rei militaris , virtus , auctoritas , felicitas : igitur Pompejus &c.

¶ Libri Quarti . Pars II . ¶

10 . Videndum præterea : in nudis illis Syllogismis , quæ propositiones claræ sunt , quæ autem probatione egent , & annotandæ sunt rationes hujusmodi , ut Syllogismus tractari possit modo oratorio , de quo fol : 51 . In aliis etiam argumentationis speciebus , si propositiones , ex pluribus partibus coalescant , (ut in memorata or : pro lege Manil :) quærenda sunt , ante omnia , argumenta , quibus singulæ probari possint , & annotanda .

11 . Jam ubi ad manum fuerint omnia , antequam ad osseam illam veluti coaugmentationem sua carne vestiendam deveniatur ; seu antequam ad exornandas tum ipsas nudarum argumentationum propositiones , tum probantia easdem argumenta , animus applicetur , præparandi sunt Auditorum animi ad id , quod postea dicendum est , juxta exordiorum leges , (de quibus supra fol : 42 .) non admodum observatu

¶ De constr. orat: ¶ 114
 difficiles, si perpendatur, apud quos? pro quibus? quo loco? quo tempore? quo rerum statu dicendum sit? quid auditores sentire credibile est? quis sit orationis scopus? quid consequi pretenditur? &c: Ac simul jacienda semina tum argumentorum, tum affectuum, qui in prosecutione orationis excitari pretenduntur; ut facit Cic: fere in omnibus suis orationibus.

12. Ad levandum in auditore tempore orationis tedium, atq; conciliandam ipsi orationi jucunditatem, curanda diligenter varietas illa, quæ posita est: vel in eo, quod rationes pro Propositione orationis probanda, tum principaliores, tum subsidiariæ, vario argumentationis genere pertractentur. in quo Cic: mirabilis est. Vel in eo, quod in arguento tractando non servetur suus propositionum ordo. Vide fol: 53. Vel deniq; in variatione figurarum, quæ ad dilatandas, vel exornandas argumenta-

¶ Libri Quarti . Pars II. ¶
 mentationes adhiberi debent . Ne
 enim languida sit argumentatio , ex-
 cutiendæ sunt tum earum propositio-
 nes nudæ , tum argumenta ad easdem
 firmandas adinventa ; illustrandæq;
 variis tropis , figuris , locis Rheto-
 ricis , susceptæ rei magis convenien-
 tibus , ut nihil non illustratum rema-
 neat , quod ad fidem faciendam , vel
 ad dignitatem orationis , conferre
 quoquo modo possit : Idq; exemplo Cic:
 qui singulas orationis partes eleganter
 illustratas habet ; ut patet vel ex ipsa
 sequenti ratiocinatione desumpta ex
 orat : pro lege Manil: Major namq;
 propositio simplex hæc . Cujus ma-
 xima est in administrandis bellis au-
 thoritas , is est asiatico bello præfici-
 endus : effertur comparatione , &
 distributione , exornatur interroga-
 tione . sic : Nam vehementer perti-
 nere ad bella administranda , quid ho-
 stes , quid socii de Imperatoribus
 vestris existimant , quis ignorat ?
 (Ratio majoris) cum sciamus homi-
 nes

¶ De Confr: Orat. ¶

115

nes in tantis rebus , ut aut contem-
nant , aut metuant , aut oderint ,
aut ament , opinione non minus fa-
ma , quam aliqua certa ratione com-
moveri ? (Assumptio : at magna C.
Pompeji auctoritas . interrogacione :)
Quod igitur nomen unquam in orbe
terrarum clarus fuit ? cuius res
gestæ pares ? de quo homine vos Quiri-
tes , id quod maximè facit auctorita-
tem , tanta & tam præclara judicia
fecistis ? &c. (Ratio assumptionis ,
preteritione , ac rursus interroga-
tione) Itaq; ut plura non dicam ,
neḡ aliorum exemplis confirmem ,
quantum hujus auctoritas valeat in
bello : ab eodem Cn. Pompejo omnium
terum egregiarum exempla suman-
tur : qui quo die a vobis maritimo
bello est præpositus Imperator , tanta
repente utilitas annonæ ex summa
inopia . & caritate rei frumentariae
consecuta est , unius spe . & nomine ,
quantam vix ex summa ubertate agro-
rum diuturna pax efficere potuisset .

ꝝ Libri Quarti · Pars II. ꝝ

*Jam verò accepta in Ponto calamitate,
ex eo &c: (Conclusio exclamatione)
Et quisquam dubitabit , quid virtute
perfecturus sit , qui tantum auctorita-
tate perfecerit ! vel : Quis dubitet
Pompejum Afatico bello præficiendū ,
cu jus plurimum apud reges , & exte-
ras nationes valitura est auctoritas .*

13. Tandem excitandi sunt in audi-
tore affectus , vel *rebūs ipsis* : si ni-
mirum orationi res præsentes adjici-
antur , quo casu detegenda sunt , &
explicanda omnia , quæ motum in
auditore ciere possunt . Vel per *am-
plificationes* illas *vehementiores* ,
quæ verbis ingeniosè & aptè ad mo-
tum concitandum compositis constant:
& majoribūs figuris , uti : *hypoty-
posi* , *prosopopæja* , *exclamatione* ,
apostropha , *interrogatione* , *obse-
cratione* . &c. intermiscentur : præ-
sertim re jam exposita , aut argu-
mentis nostris confirmatis , aut con-
trariis confutatis .

14. Porro confutatione tunc opus
est

ꝝ De constr: orat: ꝝ 116

est , cum vel auditor opinione orationi nostræ contraria præoccupatus sit , vel cum aliquid in mentem viri prudentis venire potest , quod allatæ probationi opponat . Id itaqꝝ confutandum est , vel *negando simpliciter* , si potest , & ostendendo illud moribus esse contrarium , non cohærens circumstantiis ; &c. Vel *redarguendo* : nimirum dicendo , & probando hoc esse dubium , vel fictum , non satis probabile , leve , ridiculum , &c. Vel *Elevando* , nimirum : *Regerendo* aliquid in personam adversarij , vel in *rem ipsam* . (quod præsertim in *Defensione* occurrit) Sic Cic: *regerendo* in personam Salustij dixit : *Qui mihi ausus sis eloquentiam ut vitium obijcere , cujus semper nocens eguiisti patrocinio ?* In *rem verò* : cum Cælio objectam luxuriam negare non posset , molliit prius aures , quantum potuit Cicero , tum partim magis temporis quam hominis hoc vitium esse dixit : partim contendit aliquid esse

¶ Libri Quarti · Pars II. ¶
 esse concedendum ætati . Tum velut
 remedium invidiæ opposuit spem fu-
 turæ industriæ & probitatis , ex acti-
 onibus laboribusq; , quos Callius jam
 suscipiebat , sustinebatq;. Vel deniq;
 irridendo : modo absq; arrogantia &
 immodestia .

15 . Ut vero ab uno argumento ad
 aliud , sive ab una parte orationis ad
 aliam aptè procedatur , utendum est
Transitione . Quæ quid sit ? *vide fol:*
 80 . Hic superaddo , tot fere modos
 & formulas esse transitionum , quot
 sunt figuræ sententiarum , (*de quibus*
a fol: 74.) sic *Cic:* per figuram *con-*
cessionis , & *interrogationis* , *pro*
Muræna : Sed hæc sane sint paria om-
 nia : sit par forensis opera militari :
 sit idem , magnificentissimos . & nul-
 los unquam fecisse ludos : quid ? in
 ipsa prætura nihil ne existimas inter
 tuam & istius sortem interfuisse ?
 hujus sors ea fuit , quam &c: *Per*
dubitatem . Quid nunc de virtutis
 honestate dicam ? quid reliquam vitæ

De Constr: or: 117

constantiam commemorem? Per communicationem: Jam quæro ex vobis, quantam Rheticæ utilitatem putetis! Per correctionem: Sed quid diutius dispuo, cum hæc luce clariora videantur? Itaq; ad aliud progredior: Per incrementum, seu gradationem: pro Rosc: amer: Quid ab his tot maleficiis sceleris abesse videtur? tamen hæc aliis nefariis cumulant atq; adaugent, crimen incredibile configunt: &c. Jam in oratione pro lege Manil: ab uno orationis membro ad aliud sic transit Cic: imo Per partitionem: Primum mihi videtur de genere, deinde de magnitudine, tum de imperatore deligendo esse dicendum. Genius est enim ejusmodi, quod maxime vestros animos excitare atque inflammare debet. Sic primum membrum aggreditur Cicero. Ad secundum vero sic progreditur. n. 20. Quoniam de genere belli dixi, nunc de magnitudine pauca dicam. Ad tertium, n. 72. Satis mihi multa verba fecisse videor

00050317
¶ Libri Quarti . Pars II ¶
videor , quare hoc bellum esset genere
ipso necessarium , magnitudine peri-
culosum ; restat ut de Imperatore ad
bellum deligendo , ac tantis rebus
præficiendo , dicendum esse videatur .
Utinam &c.

16. Inter hæc etiam , si id res po-
stulaverit , *Digressio facienda est* ta-
lis , quæ conferat ad rem sive pro-
bandam , sive laudandam , sive exor-
nandam , vel dilatandam . Porro *Di-*
gressio (*juxta Quint: l: 4. C: 3.*)
Est alienæ rei , sed ad utilitatem cau-
ſæ pertinentis , extra ordinem ex-
currens tractatio . *Itaq; res ad quam*
excurritur , debet cohærere cum cau-
ſa , nec debet esse per vim , aut te-
mere inserta , & ea retantis per ex-
posita , redditus ad suum propositum
significari debet *transitione aliqua* .
Exempla digressionum obvia sunt in
orationibus Cic: ut *pro Rosc: amer:*
n: 55. ubi digreditur Cic: in *Eru-*
cium & accusatores ineptos , compa-
ratione canum & anserum in Capito-

¶ De Constr: or: ¶ 118
lio , In Ver: 2. digreditur in laudes
Siciliæ . &c.

Tandem his omnibūs perfectis , se-
quitur Peroratio . in qua quid agen-
dum sit ? Vide fol: 59. & seq:

Hæc omnia facile videri possunt in
orationibus Cic: his: Divin: in Ver.
pro lege Manil: 1 . Agrar: &c 11. in
Catil: 1. 11. III. IV. de Provinc:
conf: Philip: I: III. V. VI. VII. IX.
X. XI. XII. XIII. XIX.

C A P U T IV.

De orationibus pertinentibus ad genus Deliberativum .

1. Quæ ad hoc genus orationes spe-
dant ? Commendatio , Petitio ,
Consolatio . In Commendatione expo-
nenda est imo : causa commendationis ,
idq; modeste , ac verecundè , quod v.
g. sit bene de nobis meritus is , quem
commendamus ; vel quod sit sanguine
junctus ; quod sit vir perspectæ hu-
mani-

¶ Libri Quarti. Pars II. ¶
manitatis , fidei , eruditionis , integritatis &c. 2do . exponendum negotium , causâ cuius commendatur a nobis . 3tio orandum obsecrandumq; pro eo , vel dicendum pluribus se nolle contendere , ne de ejus , quem rogamus , humanitate videamur diffidere . 4to . tandem , nomine tum suo , tum commendati omne grati animi appromittendum officium .

2 . In *Petitione* observandum smo . ut facile præstari possit , quod petitur . 2do . Ut sit petitio justa . 3tio . Ut habeat modum , & adhibetur in petitione moderatio ; id est : ut si majora dari non possint , minoribus certè contenti videamur . 4to . Ut sequatur expedita remuneratio :

3 . *Consolatoria* : si est minor ? mollius & cautius procedendum ; testandus primo amor , & ea , quæ di&tu opus erit , a quopiam summæ prudentiæ viro se audivisse dicendum , ne plus altero sapere videatur .


Si æqualis mærenti ? pro communis ami-

De Orat: Delib: 119
 amicitiæ jure facere se dicendum . Si
 major ? liberius agendum , imo &
 increpandum , modo leniter & amice .
 Si mærentis dolor sit *vehemens* , vel
recens ? insinuatione opus est , prius
 scilicet dicendum : minus se esse ido-
 neum , ut consoletur alium , præser-
 tim cum & ipse consolatione plurimum
 indigeat : atq; hujus sui privati do-
 loris causæ aliquæ adferendæ . Tum
 addendum : omnes etiam bonos do-
 lere , quod qualemque solatum mæ-
 renti adferre debet : nam *levius com-*
munia tangunt . *juxta Claud:* Tan-
 dem afferenda , quæ leniendo dolori
 sunt idonea ; nimirum . imo Vitæ
 communis conditio , quæ multis est
 obnoxia . 2do : ejus , quem consola-
 mur , laudanda virtus , doctrina ,
 animi magnitudo . 3to . ostendenda
 inutilitas , & damnum , unde dolor
 augeatur , & non compescatur , 4to .
 extollenda vis patientiæ , quæ omnia
 mitigat , lenit . 5to . Honestissimum
 esse , in altissimo Divinæ voluntatis

¶ Libri Quarti · Pars I. ¶
Conſilio acquiescere. 6to. Sapientis
 eſſe, ratione atq; conſilio matigare
 dolorem, donec defervescat.

N O T A .

*Ad Judiciale genus ſpectat accusatio,
 & defenſio: ad quæ a Rhetore præ-
 ſtanda eadem præceptiones ſufficere
 poſſunt; in reliquo Juris conſulti au-
 diendi ſunt; præſertim cum ratio
 judiciorum veterum modo immutata
 fit. In hoc genere Orationes Cic: ſunt:
 pro Quint: pro Rosc: Amer. pro
 Rosc: Comæd: in Ver: III. IV. V. pro
 Fontejo. pro Cæcin: Pro Cluent: pro
 Rabir: Perd: pro Muræ: pro Flacco.
 pro Sylla: pro Archia. pro Domo
 ſua. de Haruſp: resp: pro Planc: pro
 Sextio: pro Cællio. pro Corn: Balbo,
 pro Milo. pro Rabir: pro Ligari:
 pro Dejot:*



LIBER V.

De Memoria & Pronuntiatione .

C A P U T I.

De Memoria .

1. *Memoria quid est?* Firma rerum ac verborum recordatio . inquit Cic: Hæc alia *Naturalis*, quæ a natura habetur ; alia *Artificialis* , quæ artificiō comparatur .

2. *Memoriæ artificium quod est?* Memoriæ artificium prodiisse traditur Simonides , constans locis , & imaginibus , ut scilicet ea , quæ scripta , vel cogitata sunt , variis locis & imaginibūs commendentur , ut sic facilius cum rebus occurrant memoriæ . Verum hoc artificium iis , qui memoriâ valent , minime necessarium , qui non valent, prorsus inutile esse censent plurimi .

ꝝ Liber V. Cap: II. ꝝ

3. Memoriæ adjumenta quæ?

1mum : Ut composita Oratio sit ordinatè , accuratè , & perspicuè divisa, ita ut ex multis apte connexis unum quidpiam fiat ; etenim unum facilius tenetur , quam plura .

2dum . Ut animus sit liber omnibus aliis cogitationibus .

3tium . Ut digestus sit cibus , corpusq; bene valens .

4tum . Ut ante somnium meditemur, quæ memoriæ mandaturi sumus , nihil amplius animo cogitantes , & mane corpore ad quietem composito , quæ memoriæ mandavimus , repetantur . Matutinum enim tempus peridoneum est .

5tum . Ut ediscatur legendo , non audiendo .

6tum . Ut ediscatur tacite , ita , ut vox sit potius murmur .

7mum . Ut eâdem paginâ , in qua scripsierimus , utamur ad discendum .

8vum. Ut oratio scribatur accurate; nam ita fiet , quod animus diutius ei

immoretur , & dum aliquid chartæ inscribitur diligentius , animo simul inscribetur .

9mo . Ut per partes ediscatur non exiguae .

10mo . Ut exerceatur memoria ab ineunte ætate , quam plurimis vel suis , vel aliorum scriptis ediscendis .

11mo . Ut locus , ubi ediscitur oratio , sit solitarius .

C A P U T II .

De prima pronuntiationis parte .

1 . *Pronuntiatio quid ?* Est quasi quædam corporis eloquentia . inquit Cic : Partes ejus sunt : vox & motus seu gestus . Vocis mutationes sint totidem , quot animorum , qui maxime voce commoventur , ait Cic : Hoc est variè commutari vox debet , ut animi affectiones diversas commoveat , modo ad ægritudinem , modo ad lætitiam , modo ad metum , modo ad cupiditatem , &c .

ꝝ Liber V. Cap: II. ꝝ

2. Præcipuæ vocis mutationes sunt:
Contenta: quâ aliquid atrociter inse-
 ñamur; ut in Pison: Tu ne etiam im-
 manissimum, ac fædissimum monstrum
 ausus es discessum meum illum, testem
 sceleris & crudelitatis tuæ, maledicti
 loco ponere? **Submissa**: quâ leniter
 aliquid, & quadam cum jucunditate
 pronuntiare studemus, estq; superiori
 penitus contraria, & sæpe ridiculi
 gratia adhibetur. ut pro Muræna
 Cic: ubi jus civile leniter irridet:
 Et quoniam (inquit) mihi videris
 istam scientiam (juris civilis) tan-
 quam filiolam osculari tuam. **Incli-**
nata: quâ aliquid graviter, & sen-
 tentiose pronuntiamus. **Quo ge-**
nere vocis utimur potissimum in Exor-
 diis, & alibi, quotiescunq; occurunt
 graves aliquæ sententiæ. **Ut pro**
Milo: Populi grati est, præmiis affi-
 cere bene meritos de Rep: cives, viri
 fortis, ne suppliciis quidem moveri,
 ut fortiter fecisse pœniteat. **Infexa**:
 quâ conamur auditorum animos com-
 movere

De Pronun: &

122

move, ut pro Mil: O me miserū ! o infelicem ! revocare tu me in patriam Milo potuisti per hos , ego te in patria per eosdem retinere non potero .

3 . Cavenda in usu vocis i^{mo} : Cantilatio , 2d^o . Clamor ultra vires spiritus . 3t^o . Item ne longiori spiritu protrahatur , ne naribus potius , quam ore efferri videatur . 4t^o . Ne sit nimium præceps . 5t^o . Ne sit nimis tarda . 6t^o . Ne eodem tenore .

Sed ut sit i^{mo} . Sonora , & nitida . 2d^o . Ut sit articulata , & legitimis interpretationibus distincta . 3t^o . Ne ultimæ Syllabæ absorbeantur . 4t^o . Ut sit æquabilis , continua , & clara , 5t^o . Ut sit firma , urbana , facilis , & pro varietate argumenti diversa .

C A P U T III.

De 2da pronuntiationis parte ,
hoc est de gestu præfertim oris ,
capitis , &c .

1 . **Gestus :** est oris , totiusq; corporis

LIBRI V. CAP: V.

Corporis motus, & conformatio.

2. *Corporis status*: sit *erectus*, *virilis*, cum gravi laterum inflexione, & humeris sensim obsecundantibus.

3. *Oculorum remissione*, congettū, & hilaritate, motum animi significabit orator, efficietq; iidem vero oculi manuum gestum sequuntur.

4. *Vultus*, & *aspe^ctus*: modo sit *severus*, modo *blandus*, modo *alacer*, & *rectus*, modo *tristis*. &c.

5. *Capite*: non temere movendum, atq; jactandum; decet tamen aliquando illud movere, vel cum *annuendo* confirmamus; vel cum *renuendo* negam; vel cum ejus inclinatione languorem; vel cum ejus aversione indignationem; aut alio simili motu dubitationem, significamus, vel admirationem.

6. *Collum*: neq; contractum sit, neq; tensum, neq; rigidum.

7. *Humeri*: non jactandi, neq; attollendi.

8. *Brachia*: ne deorsum incomposita pendeant, sed contrahenda, cum remisse

de Pronun: 123
 remisse agimus , in contentionibus
 autem porrigenda . Dexterum liberius
 proferri licet .

9 . In gestu *cavendum* , ut nihil sit
 superfluum , aut nimis delicatum ,
 aut affectatum , sed motus animi recte
 exprimat , variusq; sit , pro rerum ,
 & vocis varietate .

C A P U T IV .

De manuum gestu .

1 . *Miramur* : Manib; elatis , u-
 traq; , oculis in cælum versis .

2 . *Aversamur* : Caput in sinistram ,
 manus verò sublatas in dextram par-
 tem detorquentes .

3 . *Confirmamus* : Manib; pronis ,
 gravi quodā & decente motu depreffis.

4. *Dimittimus* • Aversa manu cele-
 riter mota .

5 . *Distinguimus* : Modo in dextrā ,
 modo in sinistram partem manus trans-
 ferendo .

6. *Exclamamus* • Manus tollentes in
 summis

00050317
¶ Libri V. Cap: V. ¶
summis affe&ibus, extra quos nunquam
manus capitis altitudinem excellent :

7. *Hortamur* : Manu cava , & a-
perta , & identidem sublata .

8. *Interrogamus* : Eadem conversa
sublevando .

9. *Irascimur* : Manu in pugnum
collecta , cum suggestus percussione .

10. *Ironiam significamus* : Indice
in latus verso , vultu averso , & subri-
dente , capite aliquoties annuente .

11. *Minitamur* : Erecto & moto sæ-
pius indice :

12. *Mitigamus* : Manu aliquoties le-
niter elata , ac demissa cum quadam
gravitate .

13. *Multitudinem significamus* :
Manib⁹ valde disjunctis .

14. *Negamus* : Manum dextram in
latus dextrum removentes .

15. *Numeramus* : Numeros vel di-
gitis, vel motu manūs in dextram par-
tem per locorum modica intervalla
distinguentes .

16. *Pænitudinem ostendimus* . Mani-
bus

de Manuum gestu 124

**bus in crucis modum ante pectus com-
positis , vultu mæsto , capite in latus
pergente .**

**17 . Paucitatem significamus : Ma-
nibus cavis & conjunctis .**

**18 . Permittimus: Dextra conversa ,
ac porrecta .**


**39 . Prohibemus : Manu elata &
quiescente .**

**20 . Supplicamus : Manibus elatis ,
& junctis , vel humiliter remissis .**

**21 . Timemus : Manibûs sublatiis ,
palpitantibus , ac ipsum corpus appe-
tentibûs .**

**22 . Urgemus : Crebra manuum im-
pressione .**

**Sinistra manu rarius utendum ,
nisi rerum vastitas , eopia , motusq;
summi exprimantur .**



INDEX

Capitum Epitomes , PROÆMIUM .

- Cap: I. De nomine Rheticæ pag 1**
Cap: II. De ejus præstantia , &c.
Cap: III. De materia Rhet: - - 2 .
Cap: IV. Subsidia Rheticæ - - 3 .
Cap: V. Rheticæ partes .

LIBRI I. PARS I.

De inventione argumentorum .

- Cap: I. De inventione generatim 4 .**
Cap: II. De definitione - - - - 5 .
Cap: III. De enumera: part: - 6 .
Cap: IV. De notatione, & conjug: 7 .
Cap: V. De genere, & forma - 8 .
Cap: VI, De similitud: & Dissimil: 9 .
Cap: VII, De contrar: & Repug: 10 .
Cap: VIII De adjunctis . - - - 11 .
Cap: IX. De antecedent: & cōseq: 16 .
Cap: X. De Causis . - - - 17 .
Cap: XI. De Effectis - - - 18 .
Cap: XII. De comparatione - - 19 .
Cap: XIII De Lociis extrinsecis . 20 .

LIBRI

LIBRI I. PARS II.

De alt: inven: par:

- | | |
|--|------------|
| Cap: I. De affectibus generatim . | 23 . |
| Cap: II. De amore & odio | 25. |
| Cap: III. De desiderio & Fuga | 26 . |
| Cap: IV. De Gaudio & Tristitia . | 27. |
| Cap: V. De ira & mansuetudine | 28 . |
| Cap: VI. De audacia & timore | 29 . |
| Cap: VII. De spe & Desperatione | 31 . |
| Cap: VIII. De pudore & Gratia | 32 . |
| Cap: IX. Misericors: indignat: | 33 . |
| Cap: X. De æmulatione , & cont: | 35 . |
| Cap: XI De Risu | - - - 36 . |

LIBRI II. PARS . I.

- | | |
|---|--------|
| De primis duabus dispositi· partibus | |
| Cap: I. De dispositione gener: | 39 . |
| Cap: II. De exordio generatim | 40 . |
| Cap: III De variis exor: generi: | 41 . |
| Cap: IV. De Exordii legibus . | 42 . |
| Cap: V. De Exordiorum fontibus. | 43. |
| Cap: VI. De narratione . | - 44 . |
| Cap: VII. De proposit: & part: | 47 . |

LIBRI II. PARS II.

De confirmatione & Perorat :

Cap.

Cap: I. De confirm· generatim	49 ·
Cap: II. De argumēt: generat: pag	49.
Cap: III. De Ratiocinat· seu syll:	51 ·
Cap: IV. De Enthymemate	54 ·
Cap: V. De inductione	- 55 ·
Cap: VI. De exemplo	- 56 ·
Cap: VII. De sorite & Dilem:	57 ·
Cap: VIII. De Confutatione	58 ·
Cap: IX De peroratione	- 59 ·
Cap: X. De amplificati: gener:	60 ·
Cap: XI. De amplif: verb·	- 61 ·
Cap: XII. De rerum amplif:	- 63 ·
Cap: XIII De ampl: mod: ex Quin·	64 ·
Cap: XIV. De amplif: materia	65 ·

LIBRI III. PARS I.

De Elocutione .

Cap: I. De Elocut: generatim .	66 ·
Cap: II. De Tropis generat:	67 ·
Cap: III. De Tropis in verbo	68 ·
Cap: IV De Tropis in verbis	70 ·
Cap: V. De Figuris verborum ·	71 ·
Cap: VI. De Figur: sententiar:	73 ·

LIBRI III. PARS II.

De Elegantia & compositione .

Cap

Cap: I. De utraq <small>3</small> generatim .	80 .
Cap: II. De ordine .	81 .
Cap: III. De periodo generat: pag: 82.	
Cap: IV. De periodis speciat: 83.	
Cap: V. De numero oratorio : 89 .	

LIBRI IV. PARS I .

De genere Demonstrativo .

Cap: I. De eo generatim .	90 .
Cap: II. De bonis intel: & volunt: 91.	
Cap: III. De Bonis corpor: & for: 97.	
Cap: IV. De laudatione person: 99 .	
Cap: V. De or: spec: ad hoc gé: 102.	

P A R S II .

De genere Deliberativo .

Cap: I. De eo generatim .	106 .
Cap: II. De iis quæ valent ad sva: 107.	
Cap: III. De iis, quæ in svaden: 108 .	
Cap: IV. De or: spec: ad hoc: 118 .	

L I B E R V .

Cap: I. De memoria . -	120 .
Cap: II. De i pron: parte .	121 .
Cap: III. De gestu Corp: -	122.
Cap: IV. De gestu manuum .	123 .

Cap: I. De confirm· generatim	49 ·
Cap: II. De argumēt: generat: pag	49.
Cap: III. De Ratiocinat· seu syll:	51 ·
Cap: IV. De Enthymemate	54 ·
Cap: V. De inductione	- 55 ·
Cap: VI. De exemplo	- 56 ·
Cap: VII. De sorite & Dilem:	57 ·
Cap: VIII. De Confutatione	58 ·
Cap: IX De peroratione	- 59 ·
Cap: X. De amplificati: gener:	60 ·
Cap: XI. De amplif: verb·	- 61 ·
Cap: XII. De rerum amplif:	- 63 ·
Cap: XIII De ampl: mod: ex Quin·	64 ·
Cap: XIV. De amplif: materia	65 ·

LIBRI III. PARS I.

De Elocutione .

Cap: I. De Elocut: generatim .	66 ·
Cap: II. De Tropis generat:	67 ·
Cap: III. De Tropis in verbo	68 ·
Cap: IV De Tropis in verbis	70 ·
Cap: V. De Figuris verborum ·	71 ·
Cap: VI. De Figur: sententiar:	73 ·

LIBRI III. PARS II.

De Elegantia & compositione .

Cap

Cap: I. De utraq <small>z</small> generatim .	80 .
Cap: II. De ordine .	81 .
Cap: III. De periodo generat: pag: 82.	
Cap: IV. De periodis speciat: 83.	
Cap: V. De numero oratorio :	89 ..

LIBRI IV. PARS I .

De genere Demonstrativo .

Cap: I. De eo generatim .	90 ..
Cap: II. De bonis intel: & volunt:	91.
Cap: III. De Boniscorpor: & for:	97.
Cap: IV. De laudatione person:	99.
Cap: V. De or: spec: ad hoc gē:	102.

P A R S II .

De genere Deliberativo .

Cap: I. De eo generatim .	106 .
Cap: II. De iis quæ valent ad sva:	107.
Cap: III. De iis, quæ in svaden:	108 .
Cap: IV. De or: spec: ad hoc:	118 .

L I B E R V .

Cap: I. De memoria .	- 120 .
Cap: II. De i pron: parte .	121 .
Cap: III. De gestu Corp:	- 122.
Cap: IV. De gestu manuum .	123 .

E P I T O M E
 P R A E C E P T O R U M
 R H E T O R I C O R U M

Selectissimis exemplis
 D I S T I N C T O R U M

in

Gratiam & commodiorem usum
 Juventutis Scholarum
 Ordinis S. B. M.

F A C T A

Atq,
 Cum Licentia Suorum Superiorum
 secundo Typis

M A N D A T A
 Poczajoviæ Annô Domini 1771

Bayerische
 Staatsbibliothek
 München